SECUNDA SYNODUS PISANA.

SECUNDA
SYNODUS
DIOECESANA

AB ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO

D. FRANCISCO

FROSINI PISTORIENSE

S. R. I. COMITE ARCHIEPISCOPO PISANO
INSULARUM CORSICÆ, AC SARDINIÆ PRIMATE,
ET IN EIS LEGATO NATO.

HABITA IN ECCLESIA PRIMATIALI PISANA
Diebus XXX. & XXXI. Mensis Julij.
Anno Salutis M. DCC. XVII. Stylo Pisano.

PISIS, M. DCC. XXI.
Ex Typographia Francisci Bindi Impress. Archiepiscopalis.

FRANCISCUS

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA ARCHIEPISCOPUS PISANUS

Insularum Corsicæ, & Sardiniæ Primas, & in eis Legatus Natus.

Venerabilibus Fratribus Canonicis, & Capitulo nostræ Primatialis Ecclesiæ, omnibusque Parochis, & Clero universo Pisanæ Diœcesis.

Gratia vobis, & pax multiplicetur.

QUum ex hominibus assumpti, & in exẽplar omniũ oculis ad imitandũ positi, sermone non minùs, quàm opere docere Religionem, docere Sanctitatẽ debeamus, ut qui verbis non credunt, bonorum operũ exemplis lucrifiant: huc maximè tendunt ea, quæ in Diœcesanis Conventibus ex veteri, ac sanctissimo Ecclesiæ instituto frequenter habendis, Divino afflante Numine, decernuntur. Hæc venerabiles Fratres, dilecti Filii,

mens nostra pariter fuit: hæc Pastoralis nostri muneris solicitudo in his Ecclesiasticis Sanctionibus, ac salutaribus monitis, quæ primæ Diœcesanę Synodo per Nos habitæ adjungere (vobis ipsis plaudentibus) opportunum in Domino censuimus, et quæ nunc Typis vobis impressa damus, ut crebrò ea pervolventes faciliùs memoriâ, magisque corde custodire possitis, et unâ cum multis Summorũ Pontificum Constitutionibus, multisque Sacrarum Congregationũ Decretis, quibus muniuntur, & adornantur, ad Divini Cultus incrementum, ad Ecclesiasticam disciplinam excolendam, & confirmandam, ad vestrã, & animarum Nobis creditarum salutem, parata semper, & expedita habeatis. Quod enim Regius Propheta humiliter postulabat a Domino, assiduè feriens aures cordis nostri: Sacerdotes tui induantur justitiam: *excitat Nos, & ad illam a vobis solicitè requirendam impellit, ut rectè Sacerdotale, quo fungimini, officium implentes, Deo, & hominibus, quod suum est, fideliter reddatis, & quod vestrum est, actione magis, quàm nomine demon-*

demonstretis. Intelligant qui altitudinem, debitumque simul suæ dignitatis obliviscuntur. Nobis, qui admonente Domino, lux mundi esse debemus, virtutem intus occlusam in animo habere non sufficit; Nostrũ est etiam illam induere, nostrum scilicet sic operari, ut foris appareat, eamque veluti lumen, viam demostrantem interlucere, omnes circumspicientes glorificent Deum, & ad illius Regnum, quod est Regnum omnium sæculorũ, nobis præeuntibus per semitas justitiæ, feliciter valeant pervenire. Et profectò, quũ id, quod imperat lex, aut homines cæcitate non videant, aut infirmitate non impleant, opus est, ut Nos illis lumen præferamus, quo detegant errores, eodemque tempore monstremus exemplum, cujus vi ad eos corrigendos commoveantur, & roborentur: Infirmitas hominis (*vos nunc Augustinus alloquitur*) imitatione boni Ministri ad vitam bonã faciliùs erigitur. *Præterquamquod quid prodesset hæc Synodalia Decreta pro bono Diœcesis regimine promulgasse, nisi a vobis eâdem animi alacritate, quâ illa recepistis, eo-*

dem

dem virtutis amore, quo approbastis, observari quoque videantur? Leges (*est idem Augustinus, qui vos alloqui prosequitur*) instituuntur, quum promulgantur, firmantur autem, quum moribus utentium approbantur. *Recordamini vos a Gregorio Nisseno* Doctores, *quales Pastoralis charitas exigit*, pietatis *appellari. At quomodo alios poteritis ad eam instituere, si quæ ad illam promovendam, seu augendam sanciuntur, negligatis? Vos ad hoc electos non latet ab Apostolo acriter moneri, ut cum omni imperio loquamini, Populumque doceatis. Vultis id vobis feliciter obtingere? Priùs facite, quæ dicitis, docenda enim faciens obedientem perficit Auditorem. Vultis amplam hanc, totque titulis celebrem Diœcesim Christianis florere virtutibus? Leges ad hoc editas implete, & facilè vobis erit implementum, etiam ab aliis obtinere. Tandem tales vos ipsos exhibete, qualem Populum desideratis. Hæc agite*, & Dominus pacis erit vobiscum.

ORA-

O R A T I O
HABITA AD SYNODUM
A D O M I N O
SIMONE DE ANGELO
Canonico Ecclesiæ Primatialis.

CUM propter egregiam, & singularem omnium vestûm, Præsul Illustrissime, ac Reverendissime, cæterique AA. OO. in Religione custodiendâ, ac pietate tuendâ fidem atque constantiam, tam multos, & præstantissimos viros, mihi, qui apud vos de Religionis ejusdem, ac Pietatis incremento dicturus, eram, viderem fore fautores; capiebam animo non mediocrem voluptatem, quòd in hac tenuitate ingenii mei maximum infantiæ meæ vel præsidium, vel solatium a benevolentiâ vestrâ comparatum intelligebam. Cum autem versarem animo quodnam potissimum argumentum vestrâ sapientiâ, disciplinâ, consiliis, institutisque dignum afferrem, quibusnam finibus coram clarissimis, atque Sanctissimis viris verba facturus, sermonem continerem; sic enim statuebam, nihil huc nisi laude ingenii splendidum, amplissimorum Patrum consessu, & splendidissimâ Auditorum coronâ dignum afferri oportere; ita difficilis, & lubrica orationis ratio videbatur, ita me multa pertubabant, ut mihi dubio, & hæsitanti, & in varias, diversasque partes tracto,

† non

non modo quid mecum ipse deliberarem non veniret in mentem, verum etiam quantum ad dicendum alacritatis afferebat humanitas vestra, tantum facultatis vel ad cogitandum timor, diffidentiaque detraheret. Nunc autem AA. OO. conspectus hic vester multo jucundissimus, & consessus iste longe amplissimus, reficit ex eo labore, atque molestiâ, quam difficultas, & magnitudo rerum afferebat, recreatque penitus mentem meam, cum intueor, & contemplor unumquemque vestrûm. Cum enim videam hoc in numero neminem, in quo cum inculpatæ vitæ formam, tum exemplum sanctissimæ disciplinæ non liceat recognoscere, occurrit animo PP. materiam omnem, argumentumque dicendi a vobis mutuari, vestræque potius laudis, splendoris, & amplitudinis insignia recensere, quam in excitando in vestris pectoribus virtutis, & honestatis amore operam, & studium non supervacaneum modo, sed & ineptum plane collocare. Neque enim videor aliâ ratione injunctum mihi dicendi munus explere diligentiûs posse, Comitiisque vestris congruentiori oratione præfari, quam si, cum de sacræ Reipublicæ præstantiâ, dignitate, atque incolumitate tuendâ deliberaturi vos estis, ego quibus illa a vobis vel stabilenda virtutum præsidiis sit, vel ornamentis instruenda, in oculis, conspectuque omnium vestrûm exponam. Quibus autem aliis illam præsidiis confirmetis, quàm quibus apposite ad omnem virtutem ipsi estis instructi? Quibus illam excolatis ornamentis, quàm quibus splendide ad omnem laudem ipsi cohonestamini? Quibus illius gloriam asseratis munimentis, quàm quibus vos Reipublicæ istius partes, & quasi membra Capite sanctissimo, ac probatissimo digna in altissimo gradu collocati estis, & in clarissimâ luce versamini? Inest enim in vobis Pietas, atque religio; spectatur eruditio, atque doctrina; utramque in apertum refert, atque commendat labor, & occupatio, quâ publicæ Populorum utilitati atque incolumitati studiose, diligenterque consulitis. Ex his ego laudibus, & ornamentis sacræ Reipublicæ, Ecclesiæque cujuslibet splendorem omnem censeo, dignitatemque constare: Illarum præsidia virtutum, pro asserendâ, vel restituendâ, erigendâque, si collapsa alicubi jaceat, Sacerdotii gloriâ, habere momentum non modo magnum, non modo maximum, sed etiam omne statuo, atque confirmo.

Et quidem, ut modum mihi aliquem ipse definiam, tollat quis a Sacerdotio pietatem; profanum Sacerdotem effecit. Tollat eruditio-

ditionem, atque doctrinam, Superstitiosum finxit, aut perniciosum. Tollat denique navandæ aliis operæ locum, & facultatem; segnem habebit, & otiosum. Facit Pietas, AA. ut prodesse Sacerdos aliis velit. Facit eruditio, ut prodesse facilius, tutiusque possit. Facit labor, & occupatio, ut re ipsâ prosit. Itaque quas in vobis laudes soleo sæpe admirari, iisdem ita excellere, atque præstare Sacerdotes volo universos, ut eos, nisi sancti, nisi docti, nisi rei Christiana utiles sint, muneris sui numeros omnes implere non posse contendam. Igitur, dum primo de Pietate, quia prima est, tum de eruditione, postremo de navandâ aliis operâ dico, adeste animis, PP. & laborantem non magis in effingendo Christiani Sacerdotis modulo, quam in vestris laudibus commemorandis Oratoris tenuitatem benevolentiâ vestrâ sustentate.

Jam, ut initium dicendi a Pietate faciamus, ea tam præcipua, tam peculiaris, tam propria virorum Deo sacrorum est, ut cum eorum personâ, cum instituto vitæ, atque adeo cum veste ipsâ, & nomine conjuncta, & connexa esse videatur. Eam ob rem ab omni publico munere, & procuratione earum rerum, quæ cogitationem avocant a studiis religionis, humanis, Divinisque legibus vacare jubentur Sacerdotes, ut sibi res divinas dumtaxat, cerimoniasque sacras curandas esse animo nunquam distento, nunquam impedito, nunquam vulgaribus negotiis occupato meminerint, ut vitæ sanctioris officia diligentius exequi, Christianamque Pietatem non communi, vulgarique modo, sed præcipuo quodam studio, singulari quadam mentis inductione complecti, hoc suum munus, has suas esse, propriasque partes intelligant. Quales enim, quam inculpatos, quam Religionum colentes esse illos decet, qui summi Numinis actores, interpretes, & internuncii sint, rerum Divinarum administri, & dispensatores, ut Paulus loquitur, Dij quidam corporei, & aspectabiles, ut eos Clemens Alexandrinus appellat! Quibus inquam moribus, quàm justis, quàm integris præditi sint oportet, qui genus electum, gens sancta, regale Sacerdotium a Deo ipso gloriosissime, & magnificentissime nominantur? Nihil non pie agere debent, nihil moliri non augustum, nihil nisi cæleste, nisi divinum in omni vitâ cogitare. Æquus enim ordo est, & honesta postulatio, ut se a corpore, materiâque quam longissime abducant, qui cælestibus quoque spiritibus dignitate multô antecellunt, quique omnium intimi loco, gradúque sunt, & proximi, & familiarissimi Deo, ad illum quoque voluntate,

† 2 [illegible]

factisque semper adspirent, ejus arcanam speciem studiosissimè intueantur, detractisque vitiis omnibus, atque adeo levissimis quibusque curis depositis partem sui divinam, & immortalem idoneam reddant spectaculo tantæ pulchritudinis, & claritatis.

Cum igitur religiosos imprimis, & pios esse Sacerdotes necesse sit, quòd propria illis conditio, ratioque vitæ non permittit esse profanos, postulare, atque etiam flagitare causa videtur a nobis, PP. AA. ut ad vos æquissimos rerum æstimatores hoc loco de vi, de naturâ, cæterisque laudibus referam, quibus excellere Sacerdotum pietas præcipue debet, propriisque quodammodo insignibus, ornamentisque commendari. Requirere illam mihi videmini, quam ipsi præfertis, publicam ad exemplum, constantem ad diuturnitatem, fortem ad Impietatem debellandam.

Publica inquam Sacerdotum Pietas sit, & ad exemplum domi, forisque proposita, ut popularem religionem, bonamque disciplinam religiosa, & proba Sacerdotum vita sustentet. Enimvero hoc sibi suadeat, quicumque Sacris est initiatus, se hominem frugi, & modestum, & sobrium satis non esse, si nullos frugalitatis, modestiæ, & sobrietatis quasi arbitros, & testes admittit: non satis castê, integrêque coli à se Deum, si animi tantum intimo, non externo quoque corporis habitu colitur: ad extremum, ex sui status munere parum laudis, atque commendationis habere Pietatem, quæ semper intra domesticos parietes continetur, quæ nunquam erumpit e latebris, quæ ora, conspectumque hominum fugit, & in publico esse non audet. Pietatem clam, & occulte colant ejus ordinis homines, qui modo, ne quid impiê, ne quid scelestè faciant, satis bene de religione meriti esse dicuntur: qui iis rebus, & recte factis egregiê, & copiossimê ornantur, quæ Sacerdotes deformant, si sola prædicentur: quibus denique laudis modus, atque virtutis ibi honestê terminatur, ubi isti vix ingredi cæpisse, vix in cursu esse, nedum multum viæ confecisse judicantur. Qui enim splendeant oportet *(a)* instar luminis Orbem universum, illustrantis, illorum non debet privatarum ædium ambitu, quasi obductis nubibus occulta, & circumfusa latere religio, sed cuncta suâ luce complere, cuncta solis more lustrare, cunctis in caligine, & tenebris clarissimum lumen tendere, atque præferre. Eâ de causâ, cum statas, solemnesque cerimonias, rituumque sacrorum rationem Levitarum ordini Deus præscripsit, *(b)* hyacintinam

(a) Matth. 5. *(b)* Levit. 8.

tinam esse Sacerdotis tunicam, Cœlique colorem imitari jussit, ut a veste, quæ in oculis omnium posita foris apparet, Sacerdotum vitam cum sanctissimê, & honestissimê, ac prope divinitus instituí, tum vero omnibus ostendi, & quasi occurrere debere intelligeremus. Itaque id, quod a nostris hominibus sæpissime usurpatum est, jamque in proverbii consuetudinem venit, efficaciora esse ad persuadendum exempla, quàm verba, disertiorem manum, quam linguam, facta eloquentiora, quàm dicta, omnino meminisse debent ij, quorum officium, munus, & opus magnum, & necessarium est, abstractam a vitiis, & maleficiis multitudinem ad virtutem componere, & in vitæ sanctioris formam erudire. Ea enim est imperitæ plebis indoles, & ingenium, ut dictis non credat, ut cohortationes, & præcepta non audiat, ut honestatem, integritatem, sanctimoniam altius, quam ut ad eam perveniri possit, positam putet, nisi adsint, & obversentur illi ante oculos, qui virtutem non solum laudent oratione, verum etiam præferant vitâ, non solum verbis exornent, atque commendent, sed moribus etiam castigatissimis exprimant, ac repræsentent. Adeo vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa estimat. Quamobrem non est cur ad restituendam populi disciplinam labefactatam, & abiectam, ad emendandos perditos mores, ad salutarem summi Numinis timorem animis incutiendum, eo operam conferamus omnem, ut compositam sapientissimis sententiis, & ornatam gravibus verbis eloquentiam afferamus. Loquamur taciti oportet, doceamus sine voce, sine verborum sonitu moveamus. Cognita palam Sacerdotum sanctitas, perspecta Pietas nota religio, hi stimuli erunt, quibus Populi ad honestatis pulchritudinem excitentur; hæ minæ, quibus a vitiorum fæditate deterreantur, hoc lumen ingenii, animi, atque consilii, quod ruentibus in tenebris erroris. & inscitiæ, omniaque miscentibus viam ad virtutem apertam, & expeditam, atque rectissimam monstret. Conticescite, conticescite, Oratores vanissimi, qui ad profligandas scelerum pestes, ad excindenda cupiditatum monstra, nulla præter miserrimæ, & inanissimæ orationis arma profertis: Conticescite inquam, sed tacentibus vobis contra corruptos, & depravatos hominum mores disciplina vestra, contra Populi vitia vehementissimê virtutes vestrę declament. Vultis insolentiam, superbiam, contumaciamque expugnari? Temperantiâ vestrâ, & moderatione dictorum, atque factorum oppugnate. Vultis luxuriam cohiberi? Frugalitatem illi vestram

vestram opponite. Vultis crudelitatem, immanitatemque mitigari? Condimentis humanitatis, suavitatisque vestræ lenite. Vultis avaritiam tollere, frænare libidinem, acuere inertiam, timorem expellere? Vestram statuite palam ante oculos omnium liberalitatem, continentiam vestram, industriam, fortitudinemque proponite. Hoc praclarissimas est habere conciones; hoc vere flexanimas orationes afferre; hoc animos vincere, & obstinatissimas quasque, obfirmatasque hominum mentes feliciter expugnare.

Sed non tantum publicam volo ad exemplum Sacerdotum pietatem, constans eadem sit oportet ad diuturnitatem: alioquin publicam disciplinam, quam suo illi exemplo constituerant, atque auctoritate sustentabant, iidem ipsi per summum scelus, atque calamitatem affligent, labefactabunt, evertent. Cum enim qui excelso loco ætatem agunt, eorum vitam, singula dicta, atque facta oculi multorum observent; Sacerdotes imprimis vitæ suæ non solum testem, sed etiam judicem habent Populum, a quo non modo delicti nullius speranda venia, & impunitas est, sed ipsa sæpe integritas, & innocentia invidiose condemnatur. Nostis enim AA. improbitatem, nostis levitatem, nostis malitiam, & iniquitatem hominum: non valde mirantur, si quid præclarê, sapienterque gestum audierunt, neque cum gratiâ statim excipiunt, sed dissimulant, attenuant, obliviscuntur. At vero si quid male, & inhonestê factum nunciatur, atque adeo si rumoris nescio quid afflavit, investigant curiosiûs, ut habeant, & quod criminentur, & quo improbitati suę tegmen prætexant, & excusationem erratis securiûs obtendant. Sed ferendi a nobis sunt stulti homines, & incommodo quoque nostro miserandi. Si enim ipsi nos paludis alicujus vaporibus fastidiose stomachari soliti sumus, quamdiu caliginosi sunt, lutulentique, & male olentes in ora, & in oculos incurrunt; eosdem autem a sole sublatos in Cœlum, & in Arcum quodammodo coloratos, quia speciem habent admirabilem, cum quodam jucunditatis sensu lætisuspicimus, & contemplamur; Mirabimurne si vulgus execretur flagitia, quandiù plebeja sunt, & popularia; deinde vero cum consecrata quodammodo sunt, quòd inesse in Sacerdotibus, & spectari cœperunt, eadem non modo non fugiat, non caveat, non aversetur, sed colat, amplectatur, exosculetur. Haud scio, an aliquando vobiscum reputaveritis AA. quamobrem Æthnici in promulgandis Deorum suorum probris, ac vitiis nullâ omnino religione teneretur. Falli non putem, si quis

quis eò spectasse criminandis Diis perditos, profligatosque homines dixerit, ut vitam suam omnibus sceleribus, maleficiisque constrictam non modo excusarent, sed vitiorum etiam, a quibus Dij minus abhorrerent, quadam pene Apotheosi commendarent. Certe cum adolescens ille apud Terentium (c) ad flagitium sese adornaret, tabulam forte suspectans, in quâ factum Jovis, turpitudinis, & dedecoris plenum expressum fuerat, exarsit continuo miser, secumque cogitare, ac loqui sic cœpit: *Deum sese in hominem convertisse, atque per alienas tegulas venisse clanculum per impluvium. Atquem Deum! Qui Templa Cæli summa sonitu concutit. Ego homuncio hoc non faciam?* Fecit, & facile credens quod exoptabat, specioso Jovis exemplo, & quasi hortatu nefarium scelus, & immane tanquam rectum, & honestum factum sibi persuasit. Adeo vera Augustini illa vox est. (d) *omnes cultores talium Deorum magis intuentur, quid Juppiter fecerit, quam quid docuerit Plato, vel censuerit Cato*; nec minus veritatis, & sapientiæ plena Quintiliani sententia est. (e) *Hæc conditio superiorum est, ut quidquid faciunt, præcipere videantur, & perniciosissimus est, malæ rei maximus quisque auctor.* Quæ cum ita sint, fingite PP. AA. Sacerdotum pietatem vel disciplinæ fastidio, vel rerum humanarum fato quodam misero, ut non sint admodum diuturnæ dissolvi, dissipari, interire. Fingite a Sacerdotibus neque modum statui cupiditatibus, neque adhiberi delectum voluptatum, neque humiles, & sordidas curas aspernari: Ab infirmâ, & imperitâ multitudine quid expectatis? Expectate profligatum perdite, ac penitus Divini Numinis metum, dehonestatam religionem, inflammatam cupiditatem, temeritatem incitatam, animorum statum intimum afflictum, atque concussum expectate. Tunc frustra provocamus ad leges, frustra supplicia comminamur, frustra nervos omnes intendimus, ut miscentem omnia licentiam cohibeamus, & errantem multitudinem in viam revocemus. Quidenim? vitiorum sordes, verborum turpitudinem, & rerum obscænitatem Populus fugiet, quam sui Præceptores, & virtutis magistri non vitant? Animum ad honestatem componet, quam præfecti moribus formandis, regendisque censores abiecerunt? Odio habebit pravas cupiditates, quibus Doctores disciplinę, severitatis, & integritatis inflammantur? Pietatem, religionem, Templa sanctissimas cerimonias augustè venerabitur, & colet, quæ ministri, regesque sacrorum illotis, ut ajunt, mani-

(c) In Eunuc. (d) L. 2. de lib. Dec. 7. (e) Decl. 3.

manibus tractant, negligentiùs asservant, planeque despiciunt? *Nullam* AA. inquit Seneca (*f*) *nullam habet spem salutis Æger, quem ad intemperantiam medicus hortatur*. Quis ergo non videt, quanta bonis moribus labes, quam tetra, & horribilis Reipublicæ Christianæ pernicies, & pestis immineat, si officium deserere, & a se ipsâ desciscere Sacerdotum Pietas videatur; ac proinde quàm magnâ curâ sit providendum, ne a laudabili incœpto, & sanctissimis institutis ne latum quidem unguem aliquando discedamus, neque ab eo virtutis cursu, quem semel ingressi sumus, illecebris, ullis, aut delinimentis avocemur?

Quid quòd Sacerdotum Pietas nisi constans sit ad diuturnitatem, ad impietatem debellandam fortis esse non potest? Atqui ex domesticâ exercitatione, & umbratili, quasi in solem, & pulverem procedat oportet, in ipsum discrimen, aciemque perducatur armata, flagitiis, improbitati, malitiæ, libidini bellum indicat. Fuit quidem illud aliquando tempus AA. cum crudelissimo conatu, capitalique dissidio oppugnata ab Improbis Pietas est, cum ad evertendam religionem machinæ multæ comparatæ, cum Templis, & aris horrificum quoddam, & omni imbutum odio bellum illatum. Hujus crudelissimi belli duces seculis hactenus septemdecim nonaginta, & amplius, Reges, ac Cœsares fuere, qui gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles contra Christianam Rempuplicam cogerent, armarent, instruerent Judæos, Gothos Hunnos, Vandalos, Longobardos, Danos, Northmannos, Arabes, Agarenos. Præcipue vero in Bonorum omnium interitum, in Ecclesiæ exitium, & vastitatem cupiditate effrænatâ, ac furiosâ rapiebantur Ariani, Manichæi, Donatistæ, Eutychiani, cæteræque innumeræ illæ perditorum sectæ: infestissimum genus hostium, qui non minus linguæ, quàm ferri acie sævirent, quique religionem non modo impurissimis doctrinæ sordibus conarentur inficere, sed etiam internecione delere. Cogitate jam AA. Tyrannorum vultum furoris plenum, Prætorum supercilia ad omnem terrorem contracta, virgas, securesque Lictorum ad cruciatum, ad necem expeditas. Cogitate vim tantam hostium, consentientibus, & quasi conflatis animis, & signis in nostrorum cervicem, & latera, in summi Numinis Templa, & altaria, ferro, & facibus concitatam. Quid aget impetita Christi religio; quo sanctitas lacessita se vertet; quibus demum armis tueatur se Pietas, quæ nihil ferme habet, quam

(*f*) Ep. 123.

quam suorum sanguinem, quem profundat, nisi corpora, quæ rotis, & equuleis devoveat, nisi aliquantulum sacræ suppellectilis, quod Latronum perditissimorum impietas, & avaritia deprædetur? Ita ne vero abutor patientiâ vestrâ PP. AA. importunâque cunctatione vos teneo? Nostis omnes, quò feritas tanta, conatus tam impii reciderint, quid tot arma, tot tela profecerint, quem tandem ad finem audacia effrænata perducta sit. Labefactare nostrorum hominum constantiam nulla vis potuit, nulli magnitudinem animi frangere terrores, ac minæ, nulla tormentorum immanitas Pietatem expugnare non modo victricem non modo cruentis Neronum, Deciorum, eorumque similium gladiis illudentem, sed exultantem etiam lætitiâ, gaudioque triumphantem inter gravissimos quosque cruciatus, suppliciaque Carnificum (g) *duris ut Ilex tonsa bipennibus, Nigræ feraci frondis in Algido, per damna, per cædes ab ipso ducit opes, animumque ferro*. Pueros, pueros ferme infantes, & mulieres imbecillis corporibus memoriæ proditum est pro Religione patriâ summis animis, tamque incredibili contentione certasse, ut agere gratias, si fas est, hostium immanitati libeat, quòd in trophæa cesserunt instrumenta pœnarum, triumphique speciem illustrem, & pompam supplicia ipsa splendidiùs adornarunt. Utinam vero satis mihi esset vel facultatis ad dicendum, vel temporis, ut hujus triumphi gloriam, amplitudinem, celebritatem vestris obiicerem oculis unico saltem obtutu contemplandam! Quam pulcra species, quàm illustre spectaculum illud esset, cum Religionem lauro coronatam, sublimem in curru collocarem; cum Superstitionem, Idololatriam, Hæresim depresso collo, subiectis cervicibus, contractâ fronte sub jugum missas ostenderem; cum audaciam frementem sine telo, Arrogantiam jacentem sine supercilio, Impietatem sine insolentiâ infirmam, & humilem, trumphalibus rotis attritas repræsentarem; cum ovantes in Religionis, ac Pietatis triumpho Sacrorum cultus, ac cerimonias nativę dignitati, atque integritati restitutas deducerem; cum laureata tot summorum Pontificum, tot Sanctissimorum Prçsulum, tot fortissimorum Sacerdotum simulacra proponerem, eosque prçcipue, quos in fastis suis Pisana recenset Ecclesia, distinguerem! Præirent hujus Ecclesię sanctissimi Principes, primique Moderatores, qui indicto vitiis, ac flagitiis bello, disciplinam legum severitate sancitam, & salutari-

†† bus

(g) Hor. l. 4. od. 3.

bus institutis confirmatam diutissime conservaverunt. Adderem tot hujus amplissimi Collegii Heroes singulari excelsi animi, & erecti magnitudine prędiтos, qui clarissimos de Impietate, de amentiâ, de luxuriâ, de ignaviâ, de cęteris ejus generis monstris triumphos reportarunt. Postremo maxima pompę longe augustissimę fieret dignitatis accessio, cum agmen clauderet triumphale vindex, atque oppressor Impietatis acerrimus, Sacrorum Custos in hac ipsâ Ecclesiâ vigilantissimus FRANCISCUS, cujus res clementer, mansuete, justê, moderatê, sapienterque gestas non audimus, aut legimus, sed videmus: quem pręsentē Comitiis hisce nostris gratulantes suspicimus, cujus mentem, sensusque, & os cernimus, cujus virtutis luce ita perfundimur, & illustramur, ut ad sapientissimi, & vigilantissimi Pręsulis ardorem, studia, providentiam accedere nihil posse fateamur. O nos felices, & fortunatos, qui in tantâ animi, consilii, probitatis luce versamur, qui tantam virtutum celebritatem, tam domesticam optimorum exemplorum auctoritatem, tam pulcras imagines propositas habemus ad imitandum! Istę enim PP. AA. istę ad parem gloriam debent nos excitare victorię, hęc ad eamdem laudem trophęa, & monimenta inflammare. Cum enim horum filii Sanctorum audiamus, cum eodem, quo Patres illi nostri, Sacramento simus obstricti, cum eidem, & ipsi militię dederimus nomen; hujus debemus, & nos fortitudinis in Impietate debellandâ documenta prębere, si volumus in partem appellationis ejusdem, & glorię venire. Desiit quidem commota illa a perditis, & consceleratis, quasi residente mari, tempestas: respiravit a Tyrannorum crudelitate Religio: ab iis, in quibus delituerat, speluncis, & cryptis caput erexit: laxiûs, & magnificentiûs extructis ubique sacris Ædibus habitat: ornatum, & pompam mysteriis augustissimis, & cerimoniis adscivit. Non tamen Pietatis hostes omnes extincti, non universi deleti perduelles. Admittuntur, & hodie sine fręno facinora, atque flagitia; omnia sine metu pervadit Improbitas; nihil est denique tam sanctum, quod hominum non valeat audacia violare. Quamobrem videamus ne Sacerdotalis Pietas conserere cominus cum Impietate manus, ne certare palam cum vitiis formidet. A nobis enim danda opera est, ne quid Christiana Respublica destrimenti capiat; a nobis cavendum, ne quam religionem majores nostri in gravissimis periculorum turbinibus tenuerunt, eam violari, aut eripi

nobis

nobis in pacis securitate patiamur; a nobis non committendum, ut eam laudem, & hæreditatem, quam illi viri fortissimi laboribus, vigiliis, fortunarum ruinis, corporis cruciatibus, sanguine ipso partam nobis tradidere, eam filii, à perenni, contestatâque virtute majorum degenerantes, luxu, deliciis timiditate, desidiâque deperdamus. Ad cujus enim fidem, veritatem, virtutem Christiana Respublica tot, tantisque difficultatibus involuta, & afflicta confugiat; a quibus maximo in periculo animorum opem, & præsidium, & auxilium petat, si ab illis deseratur, in quorum curâ, labore, vigilantiâ, studio, diligentiâque salus omnium continetur? *Itaque, & nos agamus bonum Patrem familiæ*: licet enim mihi verbis iisdem affari vos PP. AA. quibus ad laudem amicum Seneca hortatur. (*b*) *Faciamus ampliora, quæ accepimus. Major ista hæreditas a nobis ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis multumque restabit, nec ulli nato post mille secula præcluditur occasio aliquid adhuc adiiciendi.*

Verum, ut integri, ut innocentes, ut religiosi Sacerdotes sint, futurum omnino desperent, ut insignis aliquis splendor Christianæ Reipublicæ ex ipsorum sanctitate sit accessurus, nisi sanctitas eadem ita comparata sit, ut sit etiam præclarâ quadam, sacratoque homine dignâ eruditione condita. Quamobrem cum sanctitate vitæ conjungi a Sacerdotibus oportere sanitatem doctrinæ altero orationis capite efficere aggredior. Suus quidem certe Pietati tribuendus honor, adhibendaque semper adversus sanctitatem reverentia est, etsi non magnarum artium scientiâ non literis, non doctrinâ exornetur. Præstat item sanctitatis esse, quam literarum studiis instructum, virtutum, quam scientiarum ornamentis excultum, & expolitum. At longe etiam illud illustrius, atque conducibilius, sanctitate pariter, atque doctrinâ excellere, quam unâ tantum sanctitate, etsi non vulgari, sed interiori, sed reconditâ illâ præstare. Nego enim officium tueri, nego munus suum, & opus implere Sacerdotes, qui probi ipsi cum sint, deque suâ salute quam maxime cogitantes, atque soliciti, nihil de componendis ad honestatem populi moribus; nihil de vitiis ab animis eruendis, nihil de inserendis virtutibus; nihil de tuendâ communi salute laborant. Si enim vel ex Ethnici Oratoris sententiâ (*i*) *homines apud Deum nullâ re propriùs accedunt, quam salutem hominibus dando*, negligant

 ne,

(*b*) Ep. 64. (*i*) Pro Q. Lig.

ne, deferantque falutem hominum Sacerdotes, quibus elaborandum in eo eft, quod ne optandum quidem eft cæteris, ut divinitatem illam, quam ordinis auguftiffimi initiatione videntur adepti, in omni vita meritis, ac factis adæquent? Quânam autem aliâ viâ tam alte crefcere, & afcendere, & in locum a vulgari intelligentiâ tam remotum pervenire pofsint, quàm fi (*k*) Dei fe præftent adiutores; fi (*l*) familiæ Domini confulant, cujus fuerunt gubernaculo præfecti; fi (*m*) multiformis Gratiæ Dei nunquam prætermittant fe bonos exhibere difpenfatores; fi (*n*) in officio præeundi, & viam falutis oftendendi, cum noftræ libertatis Auctore, ftudiis iifdem, confpiratione eadem, & voluntate confentiant; fi quidem ex magno Dionyfio (*o*) *omnium divinorum diviniffimum eft, cooperari Deo in falutem animarum*? Atqui præftare hoc pietas una non poteft. Facit quidem illa, ut Sacerdos, in cujus animo ineft confulere aliorum bono, & incolumitati velit; at non facit item, ut pofsit, quia quibus armis opem, & auxilium tuto, ac facile ferat, ignorat. Cæcutit Sanctitas, cui facem doctrina non præfert; vacillat, & claudicat Pietas, quam fcientia non fulcit, atque fuftentat; aberrat religio, quæ ducem non habet inter tot difficultates, inter tot opiniones tantum inter fe diftantes, tam longe diverfas, atque fejunctas, eruditionem. Quî enim expers doctrinæ profanæ, facræque Sacerdos fanctifsima dogmata, fine quibus effe Religio non poteft, impetitifsimæ multitudini exponat? quî vulgus ignarum, ignarus, & ipfe, a vitiis, propofitâ pœnâ deterreat, ad virtutes præmiorum fpe excitet, & inflammet? Quî arcana Divinæ legis myfteria, quæ probe ipfe non calleat, valeat aliis enucleare? Caufam vero animorum dijudicetne Sacerdos indoctus, & rudis, & temere dicat, fortuitoque fententiam, quam nulla impedit intercefsio, nulla prorogat appellatio; fed animis aditum ad Cœlum ita aperit, aut intercludit, ut quacumque ingrediatur, Dei, & hominis unum, idemque decretum fit? homines certe ineruditos, qui novos facrorum ritus, & cerimonias, & hanc ipfam, quam fequimur omnes Orthodoxi, difciplinam toto terrarum orbe promulgarent, a mari, & pifcatu recentes, callofis ex diuturno labore manibus, longâ macie torridos, rufticos e tuguriis, & mapalibus Liberator nofter eduxit: At idem etiam ne

gra-

(*k*) 1. Cor. 3. (*l*) 1. Cor. 4. (*m*) Pet. 4. (*n*) S. Bernardin. t. 1. fer. 15.
(*o*) De Cœl. Hier.

gravissimam ejusmodi provinciam aggrederentur præcepit, (*p*) donec ex æternâ illâ flammarum immortalium officinâ procedens Spiritus Divinissimus ignitas conformatus in linguas, novo omnino magisterii genere, ad omnem eos rerum humanarum, divinarumque scientiam ita erudiret, ut & animos pertractare, & opportunitatem idoneorum ad agendum temporum urgere, & res expetendas, fugiendasque declarare, & optimam cuique, & maxime consentaneam vivendi legem dare, & cætera, quæ tumad Dei Optimi Maximi cultum pertinent, tum ad æternam hominum salutem, persequi plane, probeque possent. Eâdem omnino arte, eâdem disciplinâ, & facultate doctrinæ beneficio præditi, & instructi sint oportet, qui in Apostolorum locum legitimâ, & usitatâ manuum impositione suppositi, & substituti, Apostolorum etiam muneri successerunt, Apostolorum personam partesque susceperunt. Quare non immerito cum sideribus comparatos fuisse legimus Sacratos viros, qui in subiectos late populos ex editiore dignitatis altissimæ fastigio, tanqnam e Cœlo dominantur. Quemadmodum enim stellas ita lux, claritasque commendat, ut eâ si careant, vi quoque, naturâque suâ, & nomine priventur necesse sit; non aliter præfectos regendis animis viros, ita doctrina, literæque perficiunt, ut si qui in turpi, fœdâque, & vituperabili rerum ignoratione versantur, in iis cum disciplinâ, & scientiâ, incredibilis etiam, & singularis, & divina vis, & facultas, & usus, opportunitasque desiderentur.

Sed ne quis a nobis ista prædicari forte putet uberiùs, quòd hoc concursu hominum religiosorum æque, ac literatorum habeatur oratio, videte quæso, quam non assenter huic concioni, quæ ex iis constat, qui cum plurimis, & præclarissimis virtutum ornamentis, tum vero singulari doctrinâ cohonestantur; videte inquam, quàm vobis non blandiar, qnàm non ad voluntatem dicam. Contendo Sacerdotem ignarum, & imperitum aliquâ ratione esse improbo, scelestoque, docto tamen, & erudito deteriorem. Tanta enim labes, atque pernicies patrandis sceleribus animo infertur, tam insignis inuritur nota dedecoris, & infamiæ, ut vel eos, qui impudentissime peccant, illa depravatio, & fœditas turpificati animi, & labefactati non possit non deterrere, modo se ipsi penitus perspicere possint, planeque cognoscere, & judicare. Atqui Sacerdos impro-

(*p*) Joan. 14.

improbus quidem at idem intelligens, a somno illo gravi, & mortifero, quo obruitur, si vel expergiscatur ipse, vel ab alio excitetur, quid a se, quid ab aliis peccetur, ita cogitatione, & animo cernit, & comprehendit, ut emergendi aliquando, & se ad frugem bonam, ut dicitur, recipiendi, acceptumque detrimentum recte factorum crebritate, & magnitudine sarciendi, spem omnino non adimat. At indoctus, & imperitus, cum neque quid optimum sit neque quid sibi expediat neque quid deceat, neque quid liceat per inscientiæ tenebras omnino videre non possit, quamdiù per vestram fidem creditis illum in officio permansurum; aut quem correctioni, & emendationi locum, si peccaverit aliquando, in tanto errore, & obscuritate, & caligine relicturum? Quid quòd hujus inscientia cum majore pernicie, atque calamitate Christianæ Reipublicæ conjuncta est. Improbus enim faciendo sceleratè nocet hominibus; Sarcedos autem ignarus docendo pravè. Quam ob rem cum vulgò multo faciliùs deprehendatur, offendatque oculos vitæ vitium, quàm doctrinæ, idcirco eò graviùs, atque præsentius ab hujus ignorantiâ, quàm ab illius improbitate discrimen, periculumque portenditur, quò veneni mali genus in populũ spargit obscuriùs, virtutisque, & veritatis blandimento quodam, & illecebrâ imperitæ multitudini commendatum.

Quæret quispiam: quid? tot summi viri, e Sacerdotum ordine, quos ad supremum honoris gradum in Cœlum evectos, summoque, & sempiterno Bono potitos esse non dubitamus, doctrinâne, quam tu tantopere laudibus effers eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare: sed tamen est certum quid respondeam. Ego multos ex Sacerdotibus excellenti animo, & virtute fuisse, & sine doctrinâ, Dei Optimi Maximi munere quodam, & naturæ ipsius habitu prope divino per se ipsos, & moderatos, & graves extitisse fateor. Etiam illud adjungo, sæpius ad intimam illam cum summo Numine conjunctionem, sanctitatem sine doctrinâ, quàm sine sanctitate valuisse doctrinam. Atqui idem ego contendo cum ad sanctitatem eximiam, atque illustrem accesserit ratio quædam, conformatioque doctrinę, tum illud nescio quid præclarum, ac singulare solere existere. Ex hoc fuere numero tot divini homines, Sacrati Ordinis lumina, Reipublicæ Christianæ propugnacula, Dionysius, Cyprianus, Augustinus, ex hoc Athanasius, Basilius, Nazianzenus, ex hoc Chrisostomus Hieronymus, Ambrosius, ex hoc Gregorius, aliique sexcenti; quorum Sancti-

tati

tati si doctrinæ præsidium defuisset, nunquam Nazianzenus Gregorius perfidiam Juliani, & Valentis petulantiam Basilius elusisset; nunquam Ambrosius amentiam Justinæ, & audaciam Eudoxiæ Chrisostomus debilitasset; nunquam Athanasius Arianos, Marcionitas Tertullianus, Nestorianos Cyrillus, Hieronymus, & Augustinus Pelagianos, alii alios, innumeri vero impurum Calvini, & Lutheri gregem cæsissent, fugassent, dissipassent, nunquam Hæreticorum calumniis, & criminationibus in Ecclesiam oblatis verissimas defensiones, scriptis pessimis scripta optima obscurissimis tenebris apertissimam lucem, ingenia ingeniis, dialecticæ dialecticam meliorem, & sapientiorem opposuissent, nunquam denique patrimonium veritatis, & acceptam a Christo hæreditatem ab injuriâ, & conatu prædonum, latronumque perditissimorum vindicassent. Itaque legimus omnes præstigias Hæreticorum, omnes fallacias, captionesque discussas? Discussit doctrina. Lætamur illam, quâ se inculcabant auribus nostris, & spiritu divino falsò gloriabantur, loquacitatem irretitam? Irretivit doctrina. Gratulamur errores depulsos, pervicaciam fractam, furorem, vesaniamque compressam? Depulit, fregit, compressitque doctrina. Doctrina Christianam Rempublicam perturbatam, atque confusam composuit, compositam conservavit, conservatam exornavit, exornatam in omne posterum tempus constituit, & confirmavit. Collata quippe virorum Sanctissimorum studia, lacessita scriptorum nostrorum eruditio, quantam librorum in publicam lucem vim protulit, quantam propriarum, definitarumque de rebus maximis, ac necessariis, quas oportet credi, disputationum! Quanta inde Rei Christianæ oborta lux est, seu quòd error detectus est, & depulsus, seu quòd illis Fidei nostræ capitibus, quæ obscura esse, & difficiles explicatus habere videbantur, expositis, & patefactis, illustrata veritas est, & confirmata Religio. Nostræ itaque victoriæ sunt, quas de importunis clamatoribus cupidis novarum rerum doctrina retulit: nostri triumphi, quos de sceleratis hominibus, qui ab Ecclesiâ discesserunt universâ, reportavit: nostra trophæa, quæ sustulit, nostra monimenta, quibus Fidem a Christo, & Apostolis traditam, quasi spoliis hostilibus ornat ad memoriam posteritatis sempiternam. Reviviscite, reviviscite, qui superioribus temporibus vivebatis Christiani Cives, qui omnia tam divina, quam humana jura, perturbari falsis opinionibus, novâque proseminatâ

super-

ſuperſtitione miſceri dolebatis, qui vindicem, aſſertoremque oppreſſæ veritatis aliquem a ſuperis poſcebatis: reviviſcite inquam, & in iſtius victoriæ partem nobiſcum, ac lætitiæ venitæ. Quantâ voluptate geſtirent, cum ex Superiorum annorum caligine, & tenebris, tantam lucem in Republicâ Chriſtanâ, poſt Tridentinæ Synodi frequentiſſimam celebritatem, obortam reſpicerent, quas gratias agerent, quas gratulationes haberent, quo ſermone celebrarent viros eximiâ doctrinâ, tum Pontificii, tum Divini juris, & ſacrarum literarum ſcientiâ præſtantes, qui rebus examinandis, diſcutiendis errorum nubibus, corrigendâ morum diſciplinâ, falſis opinionibus evellendis, labefactandis improborum ſententiis, vindicandis Eccleſiæ ſanctiſſimis decretis, ſacriſque legibus ſcientiſſimè interpretandis, Divini cultus, Fideique formam, & rationem depravatam, elevatam Romani Pontificis auctoritatem, rerum ſacrarum procurationem vitio uſurpatam, avitam, caſtamque Pietatem, myſteriorum numerum, ordinem, naturam, uſum, Aras, Templa, cæteras denique Reipublicæ Chriſtianæ partes afflictas, divulſas, propeque deſperatas, inſtitutis ſalutaribus recrearunt, reſtituerunt, confirmarunt! O inſigne beneficium literarum! O divinum munus, & prædicandum! O præſtantiam eruditionis tantorum, tamque admirabilium fæcundam bonorum, quanta nunquam præſtare Eccleſiæ ſola ſine adjumentis doctrinæ Sacerdotum Sanctitas, integritas, & innocentia potuiſſet! Quos quidem fructus, & opportunitates tantas non omnis ſcientia, non omnis doctrina conſequitur PP. AA. ſed tantummodo ſana illa, & integra, atque germana. quæ vitioſam, mentitam, erroris, fallaciæque plenam refellere poſſit, & coarguere. Itaque hauriatur illa neceſſe eſt pura, & illuſtris, e ſanctis, auguſtiſque Divinorum librorum fontibus, eâ fide, & integritate, quâ ad nos ex ipſo cœleſtis Sapientiæ ſinu, per os Prophetarum, Apoſtolorum, & Patrum, quaſi quibuſdam canalibus immiſſa, manavit: ne dum abore noſtro populi pendent, dum nos audiunt, dum ſermones noſtros, quaſi diuturnam ſitim explere cupientes, avidè arripiunt, periculoſâ opinionum pravitate imbuantur, eaque per ignorantiam Doctorum diſcant, quæ fateri palam docuiſſe virum ſapientem pudor fortaſſe prohiberet. Cum enim de ipſius Dei ſententiâ graviſſimè ſanctiſſimus vates ita pronunciarit (q) *labia Sacerdotis cuſtodient ſcien-*

(q) Malach. cap. 27.

ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt, non modo non refugere a docendo, ſed etiam cò dirigere ſtudia, cò animum adjicere, eòque operam, induſtriamque conferre debent Sacerdotes, ut quas ipſi probe didicerunt, aliis ſanctiſſimas præceptiones inſtillent. Quid enim? Patianturne ignaros mortales (r) ſemper tanquam parvulos fluctuare; patiantur circumferri omni vento doctrinæ; patiantur fame dominante perire greges miſeros puerorum, quibus fruſtra ſupplicantibus ſubvenire, & opitulari, & quaſi modificatum doctrinæ cibum ſuppeditare gravantur? Audite Sacerdotes, audite, quem ad finem in ſtudiis cognoſcendi ſemper aliquid, omne otium, tempuſque contereret non Auguſtinus, non Hieronymus, non alius ejuſdem ordinis vir, ſed Seneca Æthnicus homo, at idem naturalis, atque inſitæ in animis noſtris Sapientiæ cultor, tam diligens, ut cum multis ex iis, quibus demiſſa Cœlo lux veritatis pravum Divini numinis cultum, ignorationemque diſcuſſit, merito ſit comparandus, multis etiam anteferendus. *In hoc*, inquit, *gaudeo (s) aliquid diſcere, ut doceam: nec me ulla res delectabit, licet eximia ſit, & ſalutaris, quam mihi uni ſciturus ſim. Si cum hac exceptione datur Sapientia, ut illam incluſam teneam, nec enunciem, reiciam.* Jam quomodo erga imperitam multitudinem animatos eſſe decet eos, quos omnes ordines, omnes ætates, omnes nationes tanquam Sapientiæ, virtutiſque magiſtros, tanquam vitæ duces, atque moderatores, tanquam lucem orbis terrarum, Dei conceſſu, atque munere hominum generi datam, obſervaverunt? Itaque, quod ultimum erat Orationis meæ caput, ſingularem, & incredibilem quamdam operam, quantamque perſolvere difficile eſt, deponere autem periculoſum, animorum ſaluti a Sacerdotibus, pro ſui muneris officio deberi confirmo.

Hîc autem vererer, AA. ne aliquid addere ad ea, quæ de navandâ Reipublicæ a Sacerdotibus operâ, ob capitum, argumentorum, & locorum ſimilitudinem, atque propinquitatem ante perſtrinxi, minimê neceſſarium, vel etiam ineptum videretur, niſi tam multa, tam gravia, tam propria hujus loci adhuc ſupereſſent, ut hanc ineptiarum notam reformidare haudquaquam debeam. Hactenus enim de pietate, deque doctrinâ Sacerdotum ita diximus, ut hæc, tanquam arma, ſine quibus publicam tueri

††† ſalu-

(r) Epheſ. 54. (s) Epiſt. 6.

ſalutem minime poſſent, neceſſariò tenenda eſſe oſtenderemus: docendum deinceps eſt, nihil Sacerdotibus eſſe in vitâ magnopere expetendum, niſi commune rei Chriſtianæ bonum; in eo autem perſequendo non ſolum operamſedulo navandam, verum etiam omnes cruciatus corporis, labores, ærumnas, incommoda, pericula ipſa mortis parvi eſſe ducenda.

Nam Sacerdotum ordinem partem Reipublicæ primam eſſe, atque præcipuam quis inficietur? Quis primas Sacratis viris non concedit, quis principem locum tantæ dignitati, amplitudinique non tribuit? Quæ ſigna ſunt, Sacerdotes ordinis præſtantiâ cæteris magiſtratibus anteire. Igitur non ſolum otioſam ætatem, & quietam ſine ullo labore, & contentione traducere non licet Sacerdotibus, non ſolum ad eos ſpectat in communem utilitatem, & publicum bonum incumbere, ſed etiam illud pro virili parte apprime, & proximè aſſerere debent, & in hanc curam acriûs, ac vehementiûs, quam cæteri ordines inflammari. Cum enim honores par onus conſequatur, graduumque altiſſimorum ſplendor, & amplitudo, factorum egregiorum ſplendore, & amplitudine retinenda ſit; quis non videt, quantum ſacratis viris delatum eſt ornamentum honoris, tantum etiam impoſitum eſſe munus publici officii, quod ſi depoſuerint, non effugere reprehenſionem juſtam infirmitatis, non vitare notam inſignem perfidiæ poſſint, ſi abiecerint? Quid enim? Inter mortales eminere, atque adeo humanum exceſſiſse faſtigium Sacerdotes arbitrabimur, ut ſuis, privatiſque ſuorum commodis ſerviant, ut faſtu, ut arrogantiâ, ut elatione animi intumeſcant, ut opibus, & luxu, & otio, & voluptatibus diffluant, non ut virtute, clementiâ, conſilio, animi magnitudine, benefaciendi ſtudio, aliis antecedant? An vero Civitatum Gubernatores, Præfecti, Ædiles, aliique, ad quos pars aliqua curandæ rei civilis pertinet, niſi continuo dant operam, ut opes, ut ubertas efflorefcat, ut annona augeatur, ut urbs ſit incolis frequens, commercio dives, officinarum copiâ, opificum numero, ædificiorum varietate, & dignitate nobilis, niſi tempeſtivê provideant, ut omnia ſuppetant, quæ ad corpora Civium alenda, curandaque pertinent, a Munere, a Magiſtratu, a Gubernaculis deijciuntur, & exturbantur; Sacerdotes autem, pars Reipublicæ in ſummo gradu collocata, Templis, & aris addicta, Deo ſolemnibus cerimonijs obſtricta, & conſecrata, impunitatem, & licen-

licentiam habebunt incuriæ, negligentiæque sempiternam; nihil de sanandis vitiis ægræ civitatis, nihil de salute animorum procurandâ securi, tranquillique cogitabunt? O præclaram provinciam! O præstantissimos duces hominum, per tot, tantaque pericula, ad altissimum Beatorum domicilium magno labore, & sudore contendentium! O novam temperandi animos viam apertam, & planam, quam tamen totam ignoravit Carolus Borromæus, ignoravit Franciscus Salesius, ignoravit Philippus Nerius, ignorarunt cæteri Populi Christiani rectores sapientissimi, qui præmium, pro pietate, pro vigilantiâ, pro recte factis, quod maximum homini dari possit a Deo, sunt consequti. Quæ tanta animis nonnullorum est offusa caligo, quæ cœca nox omne abstulit mentis lumen? Utinam AA. Deus Optimus, Maximus, a quo ad Sacerdotia eâ lege vocati, & electi sumus, ut inter homines beneficio Patres, institutione Doctores, administratione, & imperio reges, & vocaremur, & essemus, utinam eam omnibus mentem det, ut quæ nostræ partes sint, quæ munera, quæ negotia, quàm multa, quàm varia, quàm necessaria diu, multumque cogitemus! Utinam tanto muneri parem animum, parem voluntatem, pares vires impertiat, ne gravissimas desertæ, & proditæ procurationis pænas suppliciis affecti sempiternis aliquando pendamus! Nostrum enim est ad vitia ex animis omnium extirpanda, funditusque tollenda, ad virtutes ab illo perenni fonte Divinitatis ortas alendas, confirmandas, augendas, omnia Christi præcepta, omnes rerum a Liberatore nostro gestarum expositiones, omnes prædictiones divinorum Vatum, omnes Dei, omnes Patrum Sanctissimorum admonitiones, sententias, explanationesque dirigere, omnia Religionis mysteria, omnes res penitus abditas, & latentes efferre, & in vulgus indicare. Nostrum est, ad erigendam Fidem, ad confirmandam spem, ad accendendam charitatem, ad extinguendum furorem, ad opprimendam audaciam, ad delendam improbitatem, mentem totam, omnemque animi impetum continenter adhibere: Nostrum est ad conciliandos homines Deo, Deo ipsi, sine intermissione humiliter, ac demissè supplicare, deprecari vindictam, veniamque petere, voluntarias corporis afflictationes, atque cruciatus ultro subire, quotidianis rerum cœlestium commentationibus exerceri. Quid multa? Nostrum est, laborare, vigilare, ministrare, arguere, increpare, obsecrare, & omnes difficul-

tates exsorbere, ut homines Dei signo obsignati vitam, quantum in nobis est, quantumque efficere, & consequi possumus, dignam augustissimis legibus, dignam Sanctorum societate, dignam Christo liberatore usque ad extremum spiritum agant. Hoc nostrum munus, has partes esse, hanc præstare animis curam, hujus operis maximi inter homines, atque optimi effectores Paulus, atque adeo ipse Deus vult esse Sacerdotes. At inquies, laboris plena res est, plena difficultatis, plena negotij, plena molestiæ. Ego vero Provinciã nostram PP. AA. non laboriosam, non difficilem, non negotiosam, non molestam dico: parva sunt ista, & levia, & lenitate verborum magnitudinem rei plus æquo mitigantia. Si muneris nostri proprium, & verum nomen ex me quæratur; onus appello non magnum, non periculosum, non Æthnâ gravjus (*t*) sed *Angelicis*, etiam *humeris formidandum*. Pleni sunt testimoniis, & confirmatione hujus sententiæ omnes divini libri, plena Pontificum, & Conciliorum monimenta, plenæ Patrum Sanctissimorum voces, & literæ, plena gravissimorum exemplorum vetustas. Quæ uti prætermittam omnia, quam ob rem severissimê cautum, prohibitumque fuisse putatis a Deo, *ne (u) quisquam sibi sumat honorem, sed* tantummodo *qui vocatur tanquam Aaron*; nisi, (*x*) quia *nihil est in hac vitâ difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, aut Præsbiteri, aut Diaconi officio, nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius, si perfunctoriê, atque adulatoriê res agatur; nihil item beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator jubet?* Militare autem ex Imperatoris nostri voluntate, & laborem tantum suscipere, & contentionem tam gravem ferre, & operam publicæ securitati, & saluti tam diuturnam, tam periculosam præstare omnino non possunt nisi certi homines, alti, excellentes, atque divini, quibus *ordine suo (y) non nostro virtus Spiritus Sancti ministratur*. Quod si non hic tantus rerum maximarum labor pro cunctis a Sacerdotibus susciperetur, si non merita in omne genus hominum tam multa, & magna constarent, nunquam veritatis Interpretes, Religionis Antistites, officij magistri, Præsides publicæ felicitatis, Servatores Generis humani vero nomine, & proprio fuissent appellati: Nunquam verbis honorificentissimis documentisque venerationis amplissimis, a Regibus, ab Impera-

(*t*) Conc. Trid ses. 6. cap. 1. de Ref. (*u*) Hebr. 54.
(*x*) Aug. Ep. 147. ad Valer. Epis. (*y*) Cypr. de Sing. Cler.

peratoribus, a summis viris exceptus fuisset Ordo Sacerdotum, nunquam a Longobardorum Rege Luithprando Zacharias, Leo ab Attilâ, Ambrosius a Theodosio, a Ludovico juniore Bernardus, a Philippo primo ejus nominis Imperatore Fabianus, a Constantino denique Augusto, ut plurimos uno verbo complectar, Nycenæ Synodi Patres universi habiti summo loco essent, & cum admiratione quadam maximis honoribus digni existimati. Vectigalia vero, decumasque, quæ nobis pensitantur, tot leges, tot decreta liberalissima, quæ rem familiarem, vitamque nostram tuentur, augent, amplificant, comminatio mortis in eos, *qui superbiunt* (z) *& parere Sacerdotis imperio nolunt*, tot testimonia, tot judicia, quæ ordinem nostrum religiosê commendant, cætera denique insignia honoris, cætera monumenta laudis, splendorem tantum, præmia tanta quid esse putatis aliud, nisi fructum curæ, attentionis animi, cogitationis, vigilantiæ, laborum maximorum, qui pro animorum salute, pro Reipublicæ Christianæ universæ incolumitate a Sacerdotibus suscipiuntur? Itaque nisi Deo, Divinæque legi repugnare, nisi terrorem damnationis, & minas contemnere, nisi tanti munus officij perdere, & profligare, nisi omnes omnium spes eludere, expectationemque de nobis fraudare volumus, ea publicæ felicitati navanda opera, eâ salus animorum curanda a nobis costantiâ est PP. AA. ut quod de Cæsare Senecam dicere solitum legimus, (a) *omnium domos nostra vigilia, omnium otium noster labor, omnium delicias industria nostra, omnium vacationes occupatio nostra defendat*. Hoc AA. OO. hoc est Sacerdotem agere, hoc Sacrati viri munus, & partes implere, hoc dignitati nostræ respondere, quæ talis, ac tanta est, ut non ijsdem, quibus Orbis terrarum, regionibus terminetur, sed Cœlum ipsum, & beatarum domicilium mentium, ipsamque Divinitatis regiam ingrediatur. Ita enim pietatem præferimus non privatam illam tantum ad sui unjus utilitatem, sed publicam ad Populorum exemplum, sed constantem ad diuturnitatem, sed fortem ad improborum impietatem debellandam, quâ scilicet præstare nos maxime decet, atque adeo necesse est, ut a profanâ multitudine, non tantum ordinis dignitate, sed etiam integritate vitæ, & sanctitate secernamur. Ita doctrinam profitemur sanam illam, atque cœlestem, quam, ut in tantâ errorum caligine veritatis facem

cæco

(z) Deut. 17. (a) Ad Polyb. cap 25.

cæco hominum generi prætenderemus, nobis e ſinu Patris advectam ſuo ipſa ore immortalis, diviniſſima, auguſtiſſimaque Dei Sapientia dictavit. Ita denique Chriſtianam Rempublicam, quæ nefariorum impetu hoſtium undequaque oppugnatur, vigilantiâ, labore, diligentiâ præſidio ipſi noſtro munimus, & ſuſtentamus.

Quæ cum ita ſint, vobis gratulari ſatis non poſſum pro merito PP. AA. quorum nemo non diligit probitatem, nemo non ſuſpicit eruditionem, nemo non commendat, & prædicat vigilantiam, ſtudiumque benefaciendi ſingulare. Pergite per veſtram fidem, pergite tenere iſtam viam, quam inſtituiſtis. Optimam diſciplinam veſtræ pietatis exemplo ſuſtentate, confirmate doctrinâ, operâ denique, quod facturi pręcipue conventu iſto veſtro eſtis, amplificate. Illud unum ſupereſt mihi, ut in exitu Orationis meæ ſolemnibus hiſce Comitijs ſucceſſum quem optamus omnes, a Deo Optimo Maximo precer, & obſecratione humili exorem. Fauſtum certe, felicem, & proſperum augurari libet ex lætiſſimo hoc die, & ad memoriam Poſteritatis glorioſo, quem, Piſanæ Diœceſis Moderator Illuſtriſſime, pulcherrimum Eccleſiæ noſtræ decus, & ornamentum, iſtius pompę, & coronæ maxima lux, muneri ſanctiſſimo, ſanctiſſimum deſtinaviſti. Quis enim alter aptior, quis opportunior, & congruentior hujuſmodi operi dies, quàm quo Cœleſtis ille Spiritus a Patre demiſſus, ac Filio, in conventum omnium principem, in prima Eccleſiæ capita ſe ſe igneus effudit? Cur enim par beneficium, & gratiam, & benignitatem deſperemus, quos non diſſimilis ratio, non diverſum ſtudium Religionis in unum convocavit? Huc igitur etiam in nos effundere Auctor bonæ mentis, optimi Dator conſilij, in animos quoque noſtros illabere Spiritus Diviniſſime: Ad Te enim ſupplices tendimus manus, tuam opem, tuum auxilium, & miſericordiam imploramus. Rediere ſolemnibus conſecrati cerimonijs magni dies. Redeant quoque miracula, redeant portenta pulcherrima, & prædicanda, quibus tantâ cum liberalitate, copiâque, tua in homines dona, muneraque fluxerunt. Redeat ignis ille tuus, qui refrigeratam, & prope extinctam pietatem, tanquam lumen de ſuo lumine accendat. Redeant linguæ diſertiſſimæ, quæ ignaros mortales ſplendidê ad Sapientiam erudiant. Flamma denique beatiſſima redeat, quæ dormientes animos excitet, & ad immortalitatis gloriam conquirendam inflammet. Precamini nobis a

Deo

Deo hunc Sancti Spiritus afflatum, precamini intelligentiæ lumen Patroni, & Defensores hujus Urbis Divi, Divæque, Tuque ante omnes Rayneri, beatissime, in cujus fidem, & clientelam nos præcipuo quodam studio alacres, & fiduciæ pleni contulimus. Tu, quem a primâ ætate susceptum in gremio suo hæc Urbs educavit, quem Deus civibus hujus Patriæ lumen virtutum pulcherrimarum porrigere, atque tendere voluit, ita Antistitem nostrum studiosissimum tui, ita hujus Collegij Proceres, ita hunc tantum ornatissimorum hominum conventum tuere, & defende, ut ex his Comitijs reverentiam legum, temperantiam morum splendorem hujus Ordinis, Templorum decus, Majestatem Religionis instauratam; vitiorum vero pestes, & monstra, quibus nos hostis animorum infensissimus continenter oppugnat, feliciter extincta gratulemur.

INDICTIO SECUNDÆ SYNODI DIOECESANÆ.

FRANCISCUS

Omnipotentis Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Gratiâ Archiepiſcopus Piſarum, Inſularum Corſicæ, & Sardiniæ Primas, dictæque Sedis Apoſtolicæ in eis Legatus Natus, Sanctiſſimi Domini Noſtri D. Clementis XI. Prælatus Domeſticus, & Pontificii Solii Epiſcopus Aſſiſtens.

A Ssidua Paſtoralis oneris, ſub quo virtutem noſtram quotidie magis deficere ſentimus, meditatione, ad novam convocandam Synodum Diœceſanam, hucuſque nimis dilatam impellimur; auctoritate verò Sacrorum Canonum, Sacrique Concilii Tridentini Decreto conſtringimur, ut ejus in Domino congregatæ conſilio, Sanctoque afflante Spiritu, qui Nos poſuit regere Eccleſiam Dei, quæ ad Cleri diſciplinam, Populique pietatem, non ſolùm conſervandam, verùm etiam augendam, quæ ad unitatem ſpiritus inter utrumque in vinculo pacis, in quâ (docente Apoſtolo) vocavit Nos Deus, confovendam, & confirmandam, con-

ferre

ferre posse videbuntur, salubriter decernamus. Omnium siquidem nostrum est, qui ad Populos in viam salutis dirigendos electi sumus, ita res, & vitam componere, ita candore pietatis, integritate morum, diuturnæque observatione justitiæ coram hominibus lucere, ut non solùm animos cælestis doctrinæ pabulo, sed etiam illorum oculos bonorum operum erudiamus exemplo; quod quum valeat frequenti Synodorum celebratione faciliùs obtineri, majori quoque Paterni nostri cordis alacritate, secundam in hâc Pisanâ Diœcesi Synodum, ad diem trigesimum Mensis Julii proximè sequentis celebrandam indicimus, & denuntiamus.

Quamobrem omnes, & singulos: Dignitates, Canonicos, & Clerum Primatialis Pisanæ, nec non Præpositum, Dignitates, Canonicos, cæterosque Beneficiatos Insignis Ecclesiæ Collegiatę Civitatis Liburni; Insuper Plebanos, Præpositos, Archipresbyteros, Priores, Parochos, Vicarios perpetuos, sive temporales, & Ecclesiarum Curam habentium Rectores, etiam exemptos, quocumque nomine nuncupentur, reliquosque Beneficiatos, & Clericos universos, qui quovis jure, vel consuetudine Nostræ Diœcesanæ Synodo interesse tenentur, monemus in Domino, ijsdemque omnibus, & singulis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis, quæ Canonicis sanctionibus decretę sunt, jubemus, atque edicimus, ut supradicto, ac præstituto die trigesimo Julii, quem diem celebrandę Synodo certum constituimus, & designamus, ne cuiquam rei ignorantiam ad sui liceat excusationem adducere, cum propriis suorum Beneficiorum, vel Ecclesiarum decentibus indumentis, conveniant primo mane in Ecclesiâ Primatiali, nisi forte, aliquâ legittimâ causâ per Nos approbandâ, fuerint impediti; neque inde, quum convenerint, sub iisdem pœnis discedant, nisi completâ Synodo, seu licentiâ a Nobis, vel Vicario nostro Generali impetratâ.

Si quis autem hoc interim spatio aliquid pro suæ Conscientiæ,

tiæ, ac prudentiæ dictamine duxerit proponendum, cui consuli, & provideri, vel quod renovari, aut emendari in Synodo habendâ conveniat, ad Nos, vel ad Vicarium nostrum Generalem ecclesiasticâ libertate in tempore deferat, ut quod visum fuerit expedire, pro animarum salute, pro Divini cultus incremento statuere valeamus.

Accedentes deinde cum puro corde, recordentur omnes, quod, quum in ecclesiasticis hisce Conventibus Dei causa agatur, cujus Ministri sumus, oportet eos tales se exhibere, quos gravitas rei, quos sanctitas exigit Ministerii, ne videantur iidem, ipsi negligere, quæ aliis debent suadere: ac propterea nil appareat in eis, vel in habitu, vel gestu, vel incessu, vel sermone, quod oculos intuentium offendat: nil, quod grave, quod moderatum, ac Religione plenum non sit, ut non solùm in eis, tamquam in speculo valeant omnes eligere, quod sequantur, videre, quod corrigant; verùm etiam eorum religiosam in omnibus admirantes moderationem, *dicant* (est nunc Episcopo Augustinus, non vester qui loquitur) *hi homines sunt Dei, quorum talis est conversatio:* & qui (adjungimus Nos) prius legem implent, quam promulgetur: qui eorum exemplo docent ea, quæ suis legibus mandat Ecclesia servari.

Parochi ulteriùs omnes, antequam è suis Pareciis iter aggressuri discedant, præsertim qui Capellanos in munere Parochiali obeundo Coadiutores non habent, diligenti charitate inquirant, si quos ægrotos habeant, illosque visitent, etiam non requisiti, vicinisque Sacerdotibus, etiam Regularibus eorum absentiæ tempore commendent; & ubi Sacerdotes non sint, quibus illos commendare possint, Nos consulant, ut, ne quis forsan ex illis, Parocho deficiente, aliquod detrimentum spirituale patiatur, provideamus.

Præterea, quum in vanum, nisi Deus nos adjuvet, laboremus, nilque facere possimus, quod Deo placeat, nisi dederit ipse sapientiam, quâ illi placere discamus, omnes item Pater-

nâ cohortatione monemus, ac in visceribus Jesu Christi precamur, ut ad hoc tam salutare Pastoralis nostræ solicitudinis munus explendum, assiduis orationibus, aliisque Christianæ Pietatis officiis auxilium a Domino nobis studeant implorare, quo animum in ea intendentes, quæ ad ipsius Gloriam ad nostram, nostrique Gregis salutem pertinent, cogitemus, quæ recta sunt, & quæ illi sunt placita, eodem adjuvante, faciamus. Ad quod privatis precibus, etiam publicas, tam in Civitate, quàm in Diœcesi hortamur adjungi, & quatenus opus sit, pro rei gravitate præcipimus, quas peculiaribus præmonitionibus indicemus, & Nostram Pastoralem Benedictionem omnibus impertimur.

Datum Pisis, ex Palatio Nostro Archiepiscopali apud S. Matthæum die 23. Junii 1717. Stylo Pisano.

FRANCISCUS ARCHIEPISCOPUS PISARUM.

Alexander de Salvettis Cancell. Gener. Archiepisc.

INDEX

I N D E X

Capitum, & Constitutionum, ac Decretorum, quæ Additionibus hujus Secundæ Synodi continentur.

INDEX CAPITUM

INDEX PRIMÆ

PARTIS ADDITIONUM

INDEX SECUNDÆ PARTIS ADDITIONUM.

Ad Cap. de Doctrinâ Christianâ.

Ad Cap. de Prædicatione Verbi Dei.

Ad Cap. de Judæis.

Literæ

Ad Cap. de Sacramento Confirmationis:

AD CAP. X. PRIMÆ SYNODI.

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

Ad

Ad Cap. de Sacrificio Missæ.

Ad Cap. de Sacramento Pœnitentiæ.

Ad Cap. de Sacramento Ordinis.

AD CAP. XV. PRIMÆ SYNODI.

De Sacramento Matrimonii.

Ad Cap. de Sacris Reliquiis, & Imaginibus Sanctorum.

Con-

Ad Cap. de Festorum Observatione.

Ad Cap. de Indulgentiis.

Ad Cap. de Sacrosanctis Ecclesiis.

Ad Cap. de Funeribus, & Exequiis.

Ad Cap. de Vitâ, & Honestate Clericorum.

AD CAP. XXVI. PRIMÆ SYNODI.

De Clericorum Interventu in Choro.

Ad Cap. de Parochis.

AD

AD CAP. XXIX. PRIMÆ SYNODI.

De Residentiâ Parochorum.

AD CAP. XXXII. PRIMÆ SYNODI.

De Sodalitatibus Laycorum.

Ad Cap. de Monialibus.

Ad Cap. de Judicibus Synodalibus.

Decre-

Nonnulla ad Regulares spectantia.

Nonnulla quod Appellationes.

INDEX TERTIÆ PARTIS ADDITIONUM.

INDEX QUARTÆ PARTIS ADDITIONUM.

Nota

SECUN-

SECUNDA SYNODUS PISANA

Continens additamenta quædam Constitutionibus Synodalibus primùm editis.

AD CAP. I.

De Fidei Cultu, & Professione.

CUM omnes actus nostros Fides præcedere debeat, sine quâ Deo placere non possumus; [a] primaque nostræ Pastoralis solicitudinis cura sit, ut Fides Catholica, quam Sancta Romana Ecclesia, veritatis Magistra colit, & docet, integra, & inviolata in hâc amplâ Diœcesi Nobis divinitus commissâ servetur; Fidem ante omnia, quam Majores vestri receperunt ab ipso Divo Petro, super quo Deus ędificavit Ecclesiam suam, quum primum Altare ex Antiochiâ Romam se transferens, post transitum ultra Mare in Pisano litore, Divino ducente Spiritu, ad illud appulsus erexit, [b] Patribusque vestris Catholicæ Fidei posuit fundamenta, sincero mentis assensu pro-

[a] D. Paul. ad Hebr. cap. 11. v. 6.

[b] Innoc. VI. A D. 1355. octavo Idus Martii ad Carol. Imper.

profiteamur; eamque omnes in unitate Fidei congregati unanimi voce coram hominibus confitentes, Romano Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario, Apostolicæque Sedi, in quâ Catholicæ Fidei regula fundata est [c] veram obedientiam spondeamus, & fideli corde juremus.

[c] Cajus Pap. Ep. 1.

Deinde ab eâdem Fide, cujus Caput, [d] & Custodem [e] Romanum Pontificem agnoscimus, & veneramur, nostrarum Synodalium Constitutionum exordium sumentes, ad omnium memoriam reducimus Constitutionem *Unigenitus*, post nostram primam Synodum sexto Idus Septembris Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo decimo tertio emanatam, quâ Sanctissimus Dominus Noster Clemens XI. centum, & unam propositiones, ne perniciosæ doctrinæ venenum, cui ad incautos, & rudes, sub splendidâ pietatis specie decipiendos, *aliquantum additur mellis, ut per id, quod dulce est, lateat, quod amarum est, & bibatur ad perniciem*, [f] de Gente transiret in Gentem, & Dominicum Gregem blandâ fraude infectum in viam perditionis adduceret, ardentissimo, quo flagrat Zelo, Divinâque assistrice Sapientiâ damnavit, & reprobavit; Mandantes, ut nullus audeat in nostrâ Diœcesi propositiones in prædictâ Constitutione insertas, quæ post hanc Synodum impressa dabitur, docere, defendere, nec de illis, etiam disputando, tam publicè, quam privatim, nisi ad eas impugnandas, tractare. Quòd si secus fecerit, illum Nobis ad Fidei puritatem in hâc nostrâ Diœcesi conservandam denunciari præcipimus, ut auctoritate, quam a Sanctâ Sede commissam habemus, per censuras, ac pœnas in prædictâ Constitutione contentas, & sine ullâ declaratione per eum incurrendas, aliaque juris, & facti remedia coercere, & compellere valeamus.

[d] S. Gregor. Ep. 4. Regest. 2.

[e] Matt. 1. Ep. 2. S. Anselm. Lib. de Incarn. Verbi cap. 1.

[f] Aug. Tract. 7. in Joan.

Vlteriùs Constitutionibus, quæ in nostrâ primâ Synodo ad Fidem pertinent, addimus; Quòd nullus,

lus, tam ex Græcis, quam ex Armenis *g* Liburnum advenientibus in eorum Ecclesiis, eoque minùs in aliis, etiam Regularium, ad Sacramentorum participationem admittatur, nisi ab aliquo Episcopo Catholicæ Communionis literas testimoniales, & commendatitias habuerit, vel priùs orthodoxæ Fidei professionem fecerit juxta formam à Sacrâ Congregatione de propagandâ Fide præscriptam in manibus nostri Vicarii Generalis, seu personæ ecclesiasticæ pro eorum majori commodo Liburni per Nos ad hoc deputandæ.

g Sacr. Congr ad Nunc. Flor. 25. Maii 1668. ad Archiep. Pisan. 4. Febr. 1676. & 31. Mart. 1701.

Sciant etiam Græci, & Armeni, quòd si ex præcedenti legitimâ dispensatione obtinuerint transire ad ritum Latinum, ampliùs ad Græcum, vel Armenum redire non valent. *h*

h Sacr. Cong. in una Pisan 7. Mart. 1626.

Nullus pariter Sacerdos Græcus, vel Armenus *i* admittatur ad celebrandam Missam in eorum, ac prædictis Ecclesiis, nisi, & ipse priùs fecerit Fidei professionem, & permansurum in Ecclesiæ Romanæ obedientiâ spoponderit, & juraverit, vel eam Romæ fecisse testimoniales exhibuerit, per Nos recognoscendas, ut in primâ nostrâ Synodo decretum fuit.

i Sacr. Cong. in d. Pisan. 31. Mart. 1701.

AD CAP. II.

De Doctrina Christiana.

QUoniam ad aures nostras gravi cordis mœrore pervenit, quòd paternis despectis adhortationibus, quibus Populum Nobis creditum ad Doctrinam Christianam addiscendam in visitandâ Diœcesi pro viribus excitare studuimus; spretisque nostris Constitutionibus Synodalibus, & diligentiis per Nos adhibitis, ut eorum æternę consuleremus saluti, multi reperiuntur, qui prima Fidei rudimenta, & quæ ad salutem sunt necessaria ignorantes, ad Ecclesias, ubi hæc docentur, convenire, etiam compulsi recusant, & quod acriùs Nos urget, quamquam non omiserimus,

 mus,

mus, nec etiam quantùm possumus omittamus Parochis, & sacris Concionatoribus frequenter injungere, & commendare, ut Parentes efficaciter admoneant de gravissimo imminenti æternæ damnationis periculo, nisi eorum filios, & quos sibi subiectos habent, ad audiendam Doctrinam Christianam tempore, quo alii in Ecclesiâ Parochiali erudiuntur, ducant, aut saltem mittant, nihilominus culpabili socordiâ admonitiones negligunt, immo in tenebris jacentes non curant; Nos propterea, qui Parochis omnibus in primâ nostrâ Synodo [l] commisimus, ut Parentibus minarentur, quòd nisi eorum nimis culpabilem in hoc negligentiam emendasent, a Sacramentorum participatione reiicerent; præsenti nostrâ Synodo zelo, quem debemus animarum habere, compellimur præcipere, quemadmodum omnibus Parochis, & curam animarum habentibus, nec non singulis Confessariis præcipimus, ut parentes, quoad filios, omnesque alios, quoad illos, qui sub eorum curâ, vel in eorum existentes familiâ eis subiiciuntur, notabiliter in hoc culpabiles, & contumaces, extra mortis articulum, & nisi manifeste resipuerint, non absolvant. [m]

Non absolvant pariter eos, quos Mysteriorum Fidei penitùs ignaros reperiunt, [n] memores, quòd eos non solverent, & se ipsos gravi ligarent reatu, nisi priùs eos in iis, quæ necessaria sunt, charitate docente, instruentes, præmissisque per eos necessariis actibus Fidei, Spei, & Charitatis, capaces absolutionis reddant, & de frequentandâ Doctrinâ Christianâ in Ecclesiâ Parochiali, aut in aliâ, ubi docetur, promissionem in futurum accipiant. Hæc omnia verò Parochi omnes in singulis annis primis Dominicis Adventus, & Quadragesimæ Populo ab Altari notificent, ne occasionem dolendi habeant, si a Sacramentorum participatione rejectos se videant, qui resipiscere nolunt.

Confirmantes insuper, & ad eorum majus robur hic

[l] Par. 1. cap. 2. de Doctr. Christ. §. Moneant.

[m] Sac. Congr. Ep. & Regul. de mandato SS. D. N. Clem. XI. Ep. die 16. Mart. 1703. §. quarto.

[n] Decr. Sacr Congr. die 19. Jan. 1619.

hic renovantes omnia, quæ in primâ Synodo a Nobis constituta fuerunt pro excitandâ Parochorum diligentiâ, eorumque incuriâ debitis pœnis emendandâ in hoc tam salutari munere obeundo, de quo Nobis, & magis Deo exactissimam sunt reddituri rationem, in memoriam illorum revocamus, quòd si unius animæ salutem tanti fecerit Deus, ut factus homo mortem pro eâ turpissimam subierit, o quanti reus erit Parochus, ob cujus negligentiam in eâ instruendâ miserè perdatur?

Tandem quum omnium Divinorum divinissimum p sit Deo in salutem cooperari Animarum, Dominos Canonicos deputatos pro Doctrinâ Christianâ enixè deprecamur, ut Nobiscum, huic Sancto operi collaborantes, quo nihil Deo magis gratum, acceptumque est, q invigilare Nobiscum quoque velint, ut a Parochis omnibus illa diebus festis doceatur, omnemque illis ad hoc authoritatem nostram impertientes præmium a Deo, in quo omnis nostra fiducia est, largiter pollicemur.

o D. Chrisost. Homil. 3. in Act.

p S. Dionys de Coelest. Hierarc. cap. 5.

q S. Justin. Marty. contra Arist. initio.

A D C A P. III.

De Prædicatione Verbi Dei.

NE sanctum Prædicationis officium, Christianæ Reipublicæ non minùs necessarium, quam salutare, longè a primævo Apostolorum aberret instituto, & ne, quod medicamen est, in Animarum perniciem pravo ejus usu vertatur, semper solliciti Summi Pontifices, r sollicita Sacra Concilia s fuerunt de abusibus, & corruptelis eradicandis, quę diversis temporibus irrepserunt. Nos quoque ipsorum mandatis, & vestigiis, eâ, quâ par est, obedientiâ inherentes, de iis, quæ a Concionatoribus evitanda, ac precavenda duximus necessaria, eos in primâ nostrâ Synodo admonere curavimus, nec non multa quoad viam, & rationem in hoc munere exercendo

r S. Clem. Ep. 1. S. Gregor. Pastor. lib. 2. cap. 0. & 24. Leo X. Const. 21 Sac. Cong. ad mentem Clem. X. die 18. Octobr. 1676. Innoc. XI. de 6. Junii 1680. Sanctiss. D. N. Clem. XI. allata Epist. 6. Mart. 1703. §. quinto.

s Concil. Later. V. sess. XI. Triden. sess. V. cap. 2. de Reform. Trull. cap. 19. Aquisgran. cap. 9. & cap. 24. Paris. sub. Lud. & Lothar. lib. 5. cap. de Mediol. 1. par. 1. tit. 31. Prędicat. verb. Dei Mediol 4. eod. tit. Sennon. in Decr. Mor. cap. 36. Mogunt. cap 50. & 63. constit. Synod Carnot. ann. 1525. Tit. 15.

cendo per eos ineundam, conſtituimus; Parochiſque omnibus, ac Eccleſiarum Rectoribus, ut ea omnia, quæ conſtituta a Nobis fuerunt, una cum literis circularibus Sacræ Congregationis de mandato venerabilis memoriæ Innocentii XI. & Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis XI. feliciter Regnantis ſuper hoc emanatis, & in calce primæ Synodi ad hunc finem poſitis, legenda Concionatoribus in acceſſu ad eorum Eccleſias præberent, mandavimus. In hâc vero ſecundâ Synodo, non ſolum hæc novâ corroboramus confirmatione, verùm etiam iiſdem Parochis, & Eccleſiarum Rectoribus in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, ut, niſi Concionatores ab ineptis fabulis, ab hiſtoriis apocryphis, a ludicris, a Doctrinâ non ſanâ, & ab aliis, a quibus eos abſtinere in prædictâ primâ Synodo præcepimus, abſtineant, ad Nos, ut in Domino providere, eos etiam à munere prædicationis ſuſpendendo, valeamus, fideliter deferant, & denuncient. Quòd ſi ſecus fecerint, & Verbum Dei in eorum Eccleſiis adulterari permiſerint, pœnis a Nobis arbitrariis ſecundum rei gravitatem punientur.

A D C A P. IV.

De Judæis.

NUnquam ſatis ad refrenandam Judœorum improbitatem vigilare Paſtoralis valet ſolicitudo, qui nullis beneficiis manſuefacti, eo tempore, quo benigniter inter fideles cohabitare patiuntur, aliquid ſemper in Chriſtianam Religionem infenſiſſimo molientes animo, non ſolum de ſuâ obſtinatâ obcœcatione perverſè lætantur, & nil de priſtino ſcelere, ac implacabili in Chriſtum Jeſum veteri odio remittentes, e tenebris, in quibus miſerrimâ tranquillitate ſedent, erui rabioſè indignantur; verùm etiam omni conatu incumbunt, ut quem illorum vocavit Deus

in ad-

in admirabile lumen suum, retrahant, & ad pristinam mortis revocent caliginem execrandâque rabie, ne Sacro Baptismatis lavacro ex filio irę, filius renascatur Dei, nituntur. Quamobrem iis, quæ ad Judæos obterendos, ac refrenandos in antecedenti Synodo continentur, addimus.

Quòd si quis ex Judæis, postquam unus, vel plures illorum, Deo inspirante, ad Christi Fidem venire, & Sanctam Catholicam Religionem amplecti volentes, hanc suam voluntatem verbo, facto, aut quocumque alio modo declaraverint, illum, vel illos audeat impedire, ne in rebus Fidei instruantur, vel ne Sacrum Baptismum suscipiant, vel ab eo suscipiendo deterrere, aut quo vis alio modo illis adimens libertatem ab amplectendâ Christianâ Religione removere, et avertere tentaverit, severissimis plectetur pœnis, quas Gregorius XIII. t & alii Summi Pontifices, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales supremi Inquisitores, ad pertinacem Judæorum perfidiam, ac dementissimam temeritatem obterendam, sanctissimè sanxerunt. Ut verò hujusmodi pœnis adversus eos ex debito nostri muneris procedere valeamus, præcipimus omnibus, & singulis, qui aliquo modo notum habuerint quemquam ex Judæis prædicta ausum fuisse tentare, ad Nos, vel ad Sacrum Inquisitionis Tribunal sub pœnâ excomunicationis denuncient, quam statim incurrere volumus eos, qui ad avertendos Judæorum Cathecumenos, & illos, qui volunt ex ipsis Christianam Religionem amplecti, a susceptione Baptismatis, seu ad eorum voluntatem in hoc impediendam opem, consilium, & favorem ipsis Judæis præstiterint, & Divinam Gloriam, Christianæ Religionis decus, animarumque salutem sordido lucro, quod sperant ab eis, postponere non erubescunt.

t Const. Antiqua Judęorum 70. §. 7. A. D. 1581.

Denuncient pariter eodem modo, & sub eâdem pœnâ Judæos, u qui verbo, vel facto aliquem ex Christianis a Fide semel susceptâ, & ab Ecclesiæ obedien-

u Pręd. Const. 7. §. § cujusvis 10.

dientiâ retrahere tentant, vel ut à Fide deficiant, & ad eorum ritus, ceremoniasque, & superstitiones transeant, opem illi, consilium, vel favorem quomodocunque præstant. x

x Concil. Melden. can. 73. Concil. Tolet. 12. can. 9.

Similiter, quem sciant ex Judæis Christianos, sacrasque nostras Immagines, ac Sanctas Reliquias contemnere, vel aliquid facere, aut proferre in contemptum Domini Nostri Jesu Christi, ejusque Sanctissimæ Matris, ac semper Virginis Mariæ, vel blasphemias z in Christianæ Religionis ludibrium, & despectum, evomere ausum fuisse, Nobis denuncient, ut severioribus pœnis eorum execrabilis temeritas constringatur, & contundatur.

z d. Const. 70. §. si Salvatorem.

Ad hæc, ne Calices, Pixides, Sacrasque Vestes, & ornamenta, quibus ad celebrandum sacrosanctum Missæ Sacrificium utitur Ecclesia emere, ac mercari præsumant, graviter prohibemus. y Et si nihilominus emerint, Judæi prædictas res emptas per eos, amittant; venditores verò Deum ultorem, & Nos quo ad pœnas spirituales reformident.

y Concil. Mediol. 1. par. 3. tit. d. Judæis.

Ad Moniales Jesu Christi sponsas pariter sub pœnâ carceris, & arbitrii accedere non præsumant Judæi.

A D C A P. IX.

De Sacramento Confirmationis.

Quum per Episcopos, qui in locum successerunt Apostolorum, voluerit benignus, & misericors Deus, Sanctum Spiritum cæteris fidelibus tradi, ac proinde ex definitione, præsertim Sacrorum Conciliorum Florentini, & Tridentini, Ordinarius Sacramenti Confirmationis Minister, sit solus Episcopus; Nullus ex Sacerdotibus Græcis in conferendo Liburni pueris ejusdem ritus Baptismo, illis Sacramentum audeat Confirmationis conferre. a

a Melch. Pont. Ep. ad Episc. Hisp. cap. 2. Euseb. Ep. 3. ad Episc. Thusc. et Campan. Damas. Ep. st. 4. S. Leo Ep. 88. ad Episc. Germ. & Gall. S. Greg. ad Episc. Calar. ex Regest. lib. 3. ep. 9. Innoc. 1. ad Decent. ep. 1. Innoc. 3. in cap. quanto de Consuet. Innoc. 4 Const. sub Catholicæ 14. Eugen. 4. in Bulla Instruct. Armen. §. secundum Sacramentum Clem. 8 Const. sanctissimus 34. Congr. S. Offic. ad Arch. ep. Pisan die 27 Junii 1711. & iterum die 2. Julii 1712.

AD CAP. XI.

De Sacrificio Missæ.

UT Sacrificio Missæ, cui ob ejus sanctitatem deberetur tota, partem saltem Pastoralis nostræ Providentiæ in hâc etiam secundâ Synodo faciamus, his, quæ in primâ circa illud a Nobis constituta fuerunt, addimus, quæ sequuntur.

Sacerdotes Armeni in eorum Ecclesiâ Liburni, ritum ab omni errore correptum, & purgatum, atque a Sacrâ Congregatione de Propagandâ Fide approbatum religiosè observantes, nullâ aliâ in celebrandâ Missâ utantur Liturgiâ, quàm illâ, quæ de mandato ejusdem Sacræ Congregationis, typis impressa fuit, cui nec addere, nec aliquid detrahere, aut in eâ præsumant immutare. [b]

Noverint pariter Sacerdotes omnes, quòd licèt Pietati concedatur erga defunctos hoc Religionis officium, ut in die eorum depositionis, præsente corpore, etiam si festus fuerit, Missa cantetur Defunctorum; non permittitur tamen in diebus Festis solemnioribus, præsertim Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, & Pentecostes, aliisque, in quibus magna obstat celebritas, [c] vel in illis Ecclesiis, ubi expositum adoratur Sanctissimum Sacramentum, ne sacra dierum illorum lætitia, & Majestas, ferali cantu, ac lugubri apparatu, quodammodo remittatur, & perturbetur. Quapropter non cantetur prædictis diebus in ullâ nostræ Diœcesis Ecclesiâ Missa, etiam præsente corpore defunctorum, sed eâ in sequentem diem translatâ, rationabili cultu hæc pietatis persolvantur officia.

Sciant quoque nimis indecorum esse, quòd dum in Ecclesiâ canitur Missa, & eodem tempore, quo cœlestes Spiritus in honorem ejus, qui immolatur, splendidissimis stolis induti [d] Altare reverenter circum-

[b] S. Congr. de Propag. Fide in una Pisan. die 8. Mart. 1701. §. quarto.

[c] Ritu. Roman. Rubr. de Exequ. vers. si quis S.R.Cong. 23. Maii 1603. et 11. Febr. 1690.

[d] S. Nilus in Ep. ad Anastas.

cumſtant, Clerici, & Sacerdotes non erubeſcant in conſpectu Angelorum rochettum exuti, Regi noſtro pſallere, Regique ſæculorum, cui ſoli honor debetur, & gloria, dum ſe ipſum pro nobis hoſtiam ſalutarem Æterno Patri ſacrificat, tam indecenter aſſiſtere, & dum ſtupet Cœlum miratur Terra, horret Infernus, ipſi ſoli loci ſanctitatem obliti, nullam ſpectante populo, cui exemplo eſſe debent, reverentiam oſtendant. Ad hunc igitur removendum abuſum, licèt in noſtrâ Diœceſi rarum, nullatenus tamen diſſimulandum, præcipimus, & mandamus, quòd Sacerdotes in poſterùm ſub pœnâ ſuſpenſionis, Clerici vero arbitrii, Choro ſine rochetto non audeant, dum Miſſa decantatur, intereſſe. Quod extendentes etiam ad Veſperas, cæteraſque publicas, ſacraſque functiones, quæ in Eccleſiis peraguntur, monemus Parochos, & Eccleſiarum Rectores, ne aliter permittant, aut tolerent, *e* non tantùm quoad Sacerdotes, verùm etiam quoad Clericos, niſi pœnas arbitrarias velint & ipſi perſolvere.

Ulteriùs, ne retrahantur a ſaluberrimis Doctrinæ Chriſtianæ paſcuis, quorum plerùmque famem patiuntur illi, qui ſolâ ducti obligatione audiendi Sacrum in Eccleſiâ Parochiali conveniunt, ubi in antecedenti noſtrâ Synodo monere tantùm Sacerdotes contenti fuimus, in hâc ſtrictè prohibere conſtringimur, ne Sacerdotes in Eccleſiis Ruralibus, quæ finibus Parœciæ continentur, Miſſam diebus Dominicis, & Feſtis de præcepto dicant, antequam celebrata Miſſa fuerit Parochialis; *f* quam tamen celebrare Parochi teneantur horâ, quæ non ſolùm populo accomodetur, verùm etiam Miſſas in prædictis Eccleſiis, & Oratoriis intra fines eorum Parœciæ celebrandas non impediat.

Similiter, ne cultus, & frequens populi acceſſus ad Eccleſiam Parochialem magis in dies imminuatur, in Oratoriis, & Eccleſiis non Parochialibus ſine noſtrâ, vel Parochi licentiâ non adminiſtrentur, præſertim

e Sac. Cong. in una Gallipol. 21. Mart. 1589. Trevis. 20. Jul. 1582. apud Niccol. Lucubr. Canon. lib. 3. tit. 1. p. 32. D. Carol. Act. Eccl. Med. par. 5. Tabel. Error. et Mulct. § quicumq. Clericus Concil Provinc. 1. par. 2. tit. quomodo verſan. in Choro §. quo loco Synod. Piſan. 1616. tit. 6. cap. 6. §. ut illis feſtis.

f S. R. Congr. approb. Sanctiſſimo Domino Noſtro Clem. XI. die 10. Decemb. 1703. ad Dub. 9. & in Camerinen. 30. Aug. 1704. Synod. Piſan. 1616. tit. 6. cap. 6. §. in Oratoriis.

tim publicè Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, neque sedes Confessionis sub pœnâ Interdicti, retineantur.

Tandem, quum ex onere Nobis a Sacris Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus injuncto, *g* incumbere omni studio, ac diligentiâ debeamus, ut Defunctorum piæ impleantur voluntates, sonentque in auribus cordis nostri quotidiani gemitus Animarum, quæ, vel ob nimis in longum producta, vel ob injustè debita illis denegata suffragia, igne purgationis acerbè cruciantur, Nos; ut animarum Defunctorum commiserandis necessitatibus, & æternę viventium eodem tempore saluti provideamus, qui charitatem, & justitiam obliti, quod Defunctis debetur ex bonis ab illis relictis nimis avarâ manu retinentes, Dei pietatem exacerbant, *h* sibique thesaurizant iram in die furoris ejus, renovamus, & auctoritate Nobis à Deo, & ab Ecclesiâ traditâ, strictiùs præcipimus, omnia ea servari, quæ statuta in antecedenti Synodo pro piarum voluntatum integro adimplemento fuerunt.

g cap. Nos quidem cap. si hęredes cap. tua nobis de Testam. Concil. Triden. sess. 22. cap. 8. de Reform.

h can. qui oblationes 13. q. 2.

Et præsertim omnibus, & singulis Parochis, & Ecclesiarum Rectoribus sub pœnâ suspensionis, administratoribus verò reddituum ad Ecclesias, Oratoria, Confraternitates, aut Loca Pia spectantium, cæterisque omnibus, qui onerum Missarum, aliarumque piarum voluntatum, maximè illarum, quæ non adimplentur, notitiam habent, sub pœnâ excomunicationis injungimus, & mandamus, ut intra sex menses a præsentis nostræ Synodi, vel Edicti super hoc renovandi publicatione, dent, & exhibeant Nobis, vel Vicario nostro Generali sinceram, & exactam notitiam *i* omnium prędictorum onerum Missarum, aliarumque piarum voluntatum, quę in prędictis Ecclesiis, seu Oratoriis sunt adimplendę, cum denunciatione personarum, quæ illa, vel illas exequi tenentur, nec non bonorum, quę illorum, seu illarum obnoxia sunt executioni, ut ex hisce diligentiis obtineamus,

i Dec. Sac. Congr. Concil. sub. die 15. Decemb. 1663 ejusdemque liter. Circul. ad ordinar.

quòd in posterùm difficiliùs hę piæ dispositiones depereant, & faciliùs adimpleantur; ad quem effectum Codicem parari, & retineri in nostrâ Cancellariâ volumus, in quo prædicta onera, & piæ dispositiones notentur cum nomine Notarii, Testatoris, ac hæredis, seu legatarii, ad quos earum spectet adimplementum.

Similiter, licèt adversus eos, qui satisfactionem culpabiliter negligunt, clamet ad Dominum violata Testatoribus fides, clament Jura, clamet Ecclesia, ut faciat vindictam pauperum; nihilominus, ne videamur, Nos solùm, qui minùs ex debito officii nostri deberemus, tacere; præcipimus omnibus, & singulis, ad quos hujusmodi dilatæ satisfactionis attinet onus, ut intra quatuor menses, prout supra, pariter decurrendos, Missis, quæ adhuc remanent celebrandæ, penitùs satisfaciant; quo tempore transacto, Parochi, & Ecclesiarum Rectores, nec non administratores Ecclesiarum, & Oratoriorum, in quibus celebrari debebant, certiores Nos reddant, *l* ut opportunis Juris remediis pro celeri satisfactione habendâ, provideatur, ad quem effectum omnes, & singuli Parochi, Rectores, ac Sacristæ Ecclesiarum, nec non Capellani Oratoriorum, Confraternitatum quolibet anno per totum mensem Junii, reddant Nobis exactam rationem onerum, quibus satisfactum non fuit, nec non Missarum, quæ remanent eodem anno celebrandæ, & timeant ultra pœnas arbitrio nostro exigendas, ne iisdem atrocibus crucientur tormentis, divinâ sic permittente Justitiâ, quibus animæ Defunctorum ob eorum negligentiam debitis destitutæ suffragiis torquentur.

l Const. Innoc. XII. edita A. D. 1697. Decimo Kal. Januar. §. Fidemque §. meminerint.

Ulteriùs ad memoriam omnium Notariorum redigimus antiquam excomunicationem latæ Sententiæ a nostris Venerabilibus Prædecessoribus, & a Nobis in antecedentibus Synodis confirmatam, *m* & quam etiam in præsenti Nobis reservantes confirmamus adversùs eos, qui intra duos menses a morte Testatoris

m Synod. Pisan. A. D. 1518. A. 1590 A. 1678. & in singulis cap. de notar. §. Notar. P. nostra Synod. A. 1708 par. . cap. de Sacrif. Missæ §. Notarii.

toris Nobis, vel Vicario nostro Generali notitiam, & copiam non tradant legatorum omnium, quę Ecclesiis, Oratoriis, Piis Locis, nostræ Jurisdictioni quomodocumque subiectis, & ad pias causas quomodocumque facta fuerunt in testamentis, aliisque ultimis voluntatibus, de quibus rogati sunt, accepto pro copiâ salario juxta taxam Domini Proeconsulis Florentiæ, quemadmodum in prædictis Synodis decernitur, ut omni curâ, omnique modo, quo possumus, provideamus, ne Benefactorum fides violetur, & Defunctorum animæ debitis non fraudentur suffragiis.

Ad hoc etiam, ut mens Testatoris integrè adimpleatur, meminerint Sacerdotes, quòd illi, qui ratione Beneficii, Capellaniæ, Legati, aut stipendii obligati sunt, Missas quotidie celebrare per se ipsos, nullatenus possunt in die licitæ vacationis Missam pro se ipsis, vel pro aliis celebrare, & multò minùs pro aliis celebrando dicto die possunt stipendium ex hujusmodi celebratione percipere; & quòd, Sacerdotibus, qui tenentur, ad quotidie celebrandum, ut supra, si non habeant onus celebrandi tantùm per se ipsos, nunquam a celebratione vacatio permittitur ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii post primam Synodum *n* impressâ. Tandem absolutionem illorum, qui in prædictis ultimis voluntatibus exequendis culpabiliter ultra annum negligentes erunt, Nobis, ut in subsequenti Cap. XII. de Sacramento Pœnitentiæ reservamus.

n Sac. Cong. Concil. die 18. Sept. 1683.

AD CAP. XII.

De Sacramento Pœnitentiæ.

OMnium Sacramentorum nullum est, quod magis Ministrum scientiâ, & prudentiâ præditum desideret, quàm illud Pœnitentię, tum ob incredibilem rerum tractandarum magnitudinem, ut rectum judi-

judicium tamquam Judex proferre valeat, tum ob pretiosam animę dignitatem, ut spiritualis ejus ægritudini oportuna remedia, medici personam agens, adhibeat. o Supervacaneum propterea non erit nova hic addere monita Confessariis, ut assiduo studio curent ex probatis auctoribus, ex prudenti peritorum consilio, utramque sibi comparare, utramque assiduis precibus postulare a Deo, qui docet hominem scientiam, p & replet eum spiritu prudentiæ, q simulque sciant in approbatione, quam ad audiendas Confessiones recipiunt, supponi sufficientiam, non tribui, haberique ab eâ jurisdictionem, non idoneitatem. *Non enim* (possunt hic accomodari verba Chrysostomi) *Cathedra facit Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedram*. Studium igitur Confessarii non omittant, ne rei apud Deum ob eorum imperitiam, pœnitentium obligationibus illaqueentur, & aliorum criminum participes condemnentur.

o Origen. homil. 1. in Psal. 37. can. quem pęnitet dist. 88. can. qui vult de pęnit. dist. 6.

p Psalm. 29. v. 10.

q Exod. 28. 3.

Ex quo nullus Sacerdos, tam Sęcularis, quàm Regularis, qui ordinariam Jurisdictionem tamquam Parochus non habeat, audire confessiones, ac pœnitentes absolvere, nisi, r priùs a Nobis, vel Vicario nostro Generali fuerit approbatus, sub pœnâ suspensionis a Divinis ipso facto incurrendę, & per Nos tantùm relaxandę, in nostrâ Diœcesi pręsumat.

r Trid. sess. 23. c. 15. Clem. dudum § eadem de de Sepult. S Pius V. Const. 133. Romani Pontificis.

Nulli pariter, tam ex Sacerdotibus alienę Diœcesis, quam ex Regularibus, spem habeant, obtinendę ad Confessiones audiendas approbationis, nisi priùs quàm examini subiiciantur, & illi proprii Ordinarii, isti suorum Superiorum, attestationem, bonorum morum, bonęque conversationis, ac scientię Nobis exhibeant.

Sacerdotes ulteriùs latini ex Decreto Sacrę, Congregationis Sancti Officii, confessiones Grecorum sine pręcedenti nostrâ licentiâ non audiant. s

s S. C. S. offic. die 7. Martii 1627.

Tandem Casibus Nobis in primâ Synodo reservatis, & quos etiam in præsenti Synodo reservamus, sequentis casus reservationem adiungimus.

Dila-

Dilatio exequutionis piarum voluntatum culpabiliter facta ab iis, qui ad eam quomodocumque tenentur ultra annum.

Quem casum reservatum, quilibet Parochus tempore Adventus, & Quadragesimæ singulis annis ab Altari in majori frequentiâ Populi omnibus promulget.

A D C A P. XIV.

De Sacramento Ordinis.

UT in singulis ad ordines assumendis ea servare possimus, quæ Sacri Canones, Apostolicæque Constitutiones iniungunt, volumus in posterùm, quòd illi, qui promoveri desiderant, per mensem *u* ante solemnes Ordinationes quater in anno statis temporibus fieri solitas, exhibeant Nobis documenta pro singulis Ordinibus in præcedenti nostrâ Synodo *x* præscripta, adeoùt tempus ad eorum qualitates examinandas habentes, nemini citò, quemadmodum præcipit Nobis Apostolus, *z* manus imponamus. Qui secus fecerint, neque ad examen, neque ad Ordines tam in illâ, quam in proximâ succedente Ordinatione ullo modo admittantur.

u Trid. sess. 23. c. 6. Conc Cartheg. IV. c. 22. can. nullus 2. dist. 34. Synod. Pis. an. 1582. rubr. 9. c. 6. & ann. 1616. Tit. 6. c. 8. §. ad quos.

x

z 1. ad Timoth. 5.

Potestas, quam nobis in Ecclesiâ tradidit Clementissimus Deus abiiciendi, manuum impositione, Dæmones a corporibus obsessis, pietatem exigit, prudentiam, & vitæ integritatem, ut non nostrâ, sed Divinâ freti virtute tam pium opus dignè *a* exequamur. Nimis enim miserum esset nos ipsos illis succumbere, quos ab aliis nitimur effugare; nimisque inconsideratum, velle Dæmonibus imperare eodem tempore, quo illis peccato mancipati subiicimur. *b* Quam ob rem cum SS. Dominus Noster Clemens XI. sub die 21. Januarii 1710. Nobis mandaverit, ac iniunxerit, ne ulli Sacerdoti tam Sæculari, quam Regulari, eòque minùs ulli Clerico in Exorcistam assum-

a Rit. Rom. de exorcizand. §. saurdos.

b Pontific. Rom. de ordin. Exorcist. suo Carnot. serm. de excell. Sacr. Ord.n.

assumpto, munus hoc exercere permitteremus, nisi priùs de illius pietate, prudentiâ, legitimè Nobis constiterit; Nos Apostolicis mandatis debito parentes obsequio, priùs præsenti nostro Decreto revocamus cassamus, & annullamus quascumque licentias, quę hactenus a Nobis concessę fuerint. Deinde volumus, & mandamus, ne ullus Sacerdos tam Sæcularis, quàm Regularis, audeat in posterùm sub excommunicatione statim incurrendâ, & Nobis reservatâ, manus super Energumenos imponere, & illis exorcismos adhibere, nisi priùs a Nobis licentiam in scriptis, & prævio examine ad mentem SS. Domini Nostri Clementis XI. concedendam obtinuerit. Qui verò eam obtinebunt, sumant dumtaxat pro hoc Sancto munere obeundo, modum, & rationem a Rituali Romano in exorcismis faciendis ineundam, nulloque modo præsumant a regulis recedere in ipso Rituali præscriptis, neque aliis precationibus, quam ibi ad exorcizandos Energumenos traditis, utantur; aliàs sciant, quòd contumaces in nostram, & Pontificiam erunt obedientiam.

Et cum nemo sibi gradus in Ecclesiâ debeat assumere, nec ad eos ascendere, nisi vocetur a Deo, [c] multòque minùs eorum officia exercere, antequam fuerit ad ipsos Pontificali ordinatione promotus; non audeant Clerici ad supplendum Subdiaconorum, & Diaconorum defectum, eorum partes in solemni Missâ, Epistolam, vel Evangelium canendo, peragere, etiam solâ Tunicellâ sine manipulo, vel solâ Dalmaticâ sine stolâ induti. [d] Quod si peragere in posterùm non dubitaverint, Sacerdotes, qui eos admiserint pœnas timeant arbitrarias; Clerici verò ab ascensu ad eos gradus, quos ante temerè exercere præsumpserunt, reiiciantur, nullamque ad eos promoveri spem habeant.

[c] D. Paul. ad Hebr. 5. 4. D. Ambr. lib. 10. epist. 82. S. Bernard. declam. c. 5.

[d] Trid. sess. 23. c. 17. S.C. Rit. in Lucen. 9. Jan. 1601. in Alexandrina 15. Maii 1608.

❦ ❦ ❦

AD

AD CAP. XVI.

De Sacris Reliquiis, & Imaginibus Sanctorum.

IMagines, quibus Pictura tacens e parietibus, & tabulis quodammodo loquitur, extrinsecùs in animos nostros irrumpentes, vim habent ad suadendam virtutem, & ad ejus amorem, aliorum, quos repræsentant, exemplo suaviter accendunt. Sacræ verò a Christianis depictæ *e* conferunt ulteriùs ad rudes etiam instruendos, ac erudiendos ad charitatem erga Dominum Jesum Christum, quem Cruci præseferunt pro nobis affixum, ad dilectionem erga Sanctos, quos orantes pro nobis exprimunt, confovendam, & augendam, conferunt ad excitandam etiam in cordibus nostris eorum imitationem, conservandamque memoriam; ac præterea docent quos in gravissimis nostris angustiis Patronos in Cœlis invocare debeamus; Tantæque demum utilitatis nobis sunt, *f* ut propterea sibi acriter invisas, pluries conatus fuerit Dæmon eas ab Ecclesiis subducere, excitando adversùs Sacras Imagines Iconomachorum acerrimas controversias, & hæreses. *g* Verùm quum omni conatu ab hæreticis, quos Sacrorum Conciliorum decreta repressérunt, *h* obtinere non potuerit, ut ab Ecclesiis expulsæ penitus delerentur, obtinuit a Christianis, ut saltem ab eo tam sancto, & salutari usu, quem Dæmon reformidat, in pravum, & æternæ illorum saluti perniciosum, non rarò converterentur, dum eos ad Imagines impudicas, vel pingendas, vel in thalamis retinendas instigando est assequutus, ut eodem tempore, quo essent Imagines, quæ ad virtutem, essent etiam, quæ ad voluptatem, & incontinentiam inciiarent, & quod deplorandum est, eò humana impudentia pervenit, ut, quum ab Imaginibus ad rem, quam repræsentant,

e Bellarmin. tom. 2. Controv de Sacr. Imagin. cap. 17. Trid. sess. 25 in decret. de invocat. Sanctor.

f Conc. Nicen. II. act. 6. Conc Senonen. an. 1528. can. 14.

g Conciliab. Constantinop. an. 754 damnat. in Nicen II. Bellarmin. de Concil. c [illegible] o. & de Imagin. c. 14. Baron. an. 754. n 19. 20.

h Conc Nicæn II. act. 4. 5. 6. Constantinop. IV. can. 3 Roman su Gregor II. an. 72[illegible]. sub Gregor. III. an 732. sub Nicol I. an 864 sub Hadrian. II. an. 870.

traducamur: *Sæpe* (verbis Clementis Alexandrini nunc loquimur *i*) *ante complexum adulterium admittunt aspectus*.

i in admonit. ad Gentes.

Quam ob rem Nos ad hujusmodi tam exitiale eradicandum abusum, monemus omnes, & in visceribus Domini nostri Jesu Christi, qui pro illis mortuus est, Pastorali charitate precamur, ne velint eorum thalamos hisce lascivis picturis, ac procacibus exornare, immo deturpare Immaginibus, quæ conspectæ, cordis cogitationes perturbant, & ob nimiam nuditatem obscœno fœdant aspectu; sed illis, e quâcumque christianâ domo penitus eliminatis, *l* earum loco Sanctorum ponantur Imagines, *m* ut eas frequenter in oculis habentes, animo illorum mores imbibant, & cum eis devoto corde commorantes in terris, eos consortes in Cœlis mereantur habere.

l Conc. Constantinop. III. can. 100. Cameracen. an. 1565. de Imagin. can. 1. Mediolan. III. sub D. Carolo tit. de iis, quę partim ad ord. Sacramen. §. & quoniam Mediolanen. V. par. 1. tit. quę ad Sacram. §. Imagines.

m D. Carol. instr. ust. Prędicat. verb. Dei tit. de virtut. offic. §. sacras tantum.

Deinde sub pœnis severi arbitrii præcipimus, & mandamus, ne quis audeat in Ecclesiis non solùm hujusmodi apponere Imagines, *n* quod eventurum non credimus, sed nec etiam pingere, seu retinere, quæ gentilitatem, & mendaces Ethnicorum fabulas repræsentent, *o* vel quæ aliquid inverecundæ venustatis, seu indecoræ formæ, aut curiositatis habeant, ne magis mirentur pulchra, quam venerentur Sacra, & non pœnitentium compunctio, sed aliquis humanus excitetur affectus, *p* & quæ fortasse fuerint removeantur; alioquin, si quæ in futurâ nostrâ Visitatione ex iis Imaginibus in Ecclesiis reperientur, illarum Rectores severam animadversionem expectent.

n Conc. Constantinop. III. can. 100. Senonen. can. 14. Mogunt. IV. can. 41. Trid. sess. 25. in decret. de invoc. sanct.

o Conc. Mogunt. d. can. 41. Mechlin. sub S. Pio V. cap. de Imagin.

p D. Bernard. ad fratr. de vit. solit. post med.

AD CAP. XVII.

De Festorum observatione.

Inter præcepta Decalogi nullum aliud est, cui fuerit a Deo religiosæ recordationis injuncta necessitas, quàm præcepto sanctificationis Festorum: *Memento, ut diem Sabbathi Santifices*. Ex quo intelligant Parochi quan-

Exod. 20. 9.

quantâ diligentiâ, quantoque studio debeant hoc Divinum Præceptum in memoriam suorum Populorum, eos sæpe monendo, sæpeque docendo, frequenti adhortatione redigere. Huic obligationi, quæ oritur Parochis ex ipsius naturâ præcepti, nostram etiam adiungimus, præcipientes iterum, & renovantes ea omnia, quæ in antecedenti Synodo ex debito Pastoralis nostræ vigilantiæ, quoad eorumdem Festorum observantiam præcepimus, Parochorum, (ne debitores simus apud Deum) onerantes conscientiam, si dies Festi, qui nobis dantur ad colendum Deum, ejusque Divinam conciliandam beneficentiam, in miseram jacturam, ac detrimentum ex Parochorum negligentiâ in Populis admonendis ad Divinam indignationem provocandam convertantur. q

Inter alios igitur dies Festos, Divino, seu ecclesiastico Præcepto servandos, unusquisque Parochus Populo suæ curæ commisso denunciet Festum etiam Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis ex Decreto SS. Domini Nostri Clementis XI. r ab omnibus, & singulis Christi fidelibus (quemadmodum alia Festa de præcepto) in posterùm publico cultu servandum, & celebrandum.

q Edict. de observ. Fest. post prim. Synod. §. 1.

r Die 6. Decemb. 1708.

A D C A P. XIX.

De Sacrosanctis Ecclesiis.

NE sanctitas sacrarum functionum, fideliumque pietas meretricio perturbetur illarum aspectu, a quibus tamquam a facie Colubri fugiendum est, neque radix ex illis verè peccatrix exiens, intuentium occupet corda, & pravarum in eis cogitationum germinent spinæ, quæ devotionem suffocantes, pium Religionis affectum, Sanctorumque cultum in Idolorum servitutem convertant; volumus, & mandamus, ne publicæ meretrices, ac in publico, similium inhonestarum mulierum cathalogo descriptæ,

Ecclesias, ad quas ratione Festi solemnis, expositionis SS. Sacramenti, Stationum, ac Indulgentiarum, vel causâ cujuscumque alterius sacræ functionis, præsertim in nocte Nativitatis Domini, accedunt fideles, ingredi, nec Processionibus interesse sub pœnâ quatuor aureorum, ullatenus audeant, quam pœnam extendimus etiam ad eas quocumque tempore in Ecclesias Monialium ingredientes, r tamquam nimis indignas locum introire, ubi Sancta Virginitas, æmula Angelicæ integritatis tot sacras Jesu Christi Sponsas ab omni contaminato conspectu religiosè custodit, & servat.

r Archiep. Bonon. par. 4. Conc. Provin. I. de Concub. §. quæ ad meretric. spect. ann. 1586.

A D C A P. XXI.

De Funeribus, & Exequiis.

QUoniam multa inter veteres Synodales Constitutiones ad pia servanda instituta, & laudabiles consuetudines ex more, qui diu inoleverat in nostrâ Diœcesi introductas, & ad tollendas controversias, quæ occasione Funerum oriri potuissent, a nostris decreta Prædecessoribus habentur; nec non multa, auditis Parochis ante præsentis Synodi celebrationem declarata, & firmata in particularibus Decretis, & Statutis redigenda similiter fuerunt, quæ Nos in præsenti Synodo confirmamus, & roboramus; Nos solùm ad ea hic animum intendentes, quæ pietatem respiciunt, quâ extrema charitatis officia Defunctis præstare debemus, hæc adiungere debitum, & opportunum censuimus.

Præcipuum studium Parochi omnes adhibeant servandi sacras ceremonias, ac ritus, quibus Sancta Mater Ecclesia ex antiquissimâ traditione, Summorumque Pontificum institutis in Exequiis filiorum suorum uti solet, s nec aliquid in eis præstandis prætermittant, quod Christiana charitas erga Defunctos, & ipse ritus ecclesiasticus exigat.

s Rit. Roman. de exeq. §. sacras cæremonias.

Et cum

Et quum pompa Funeris, Exequiarumque celebritas sint magis solatia vivorum, humanique lenimenta mœroris, quam mortuorum subsidia, [u] qui solum orationibus, Sacrificiis, & eleemosynis adiuvantur, studeant pariter Sacerdotes devoto, & humili corde fundere ad Deum preces, quæ in associandis defunctis ad Ecclesiam, in quâ, vel solemnes precationes peragendæ, vel tumulandi sunt, ex pio instituto decantantur, [x] & vestem talarem, mundumque, ac decens induti rochettum, pileum, nisi cogente pluviâ, non deferant, sed clericalem biretum tantùm gestantes, [y] incessu, & habitu modestiam exhibeant, & religionem; ut simul ecclesiasticam honestatem conservent, & Populum exemplo ad piè, devotèque pro illis precandum invitent.

Similiter, quum antiquissimi ecclesiastici Juris quoque sit, faces, & cereos accensos in Exequiis, ac Funeribus deferri, quemadmodum primorum temporum testimonia in Funere sororis apud Gregorium Nissenum, [z] & Sanctæ Paulæ apud Hieronymum, [a] ad significandum filios nos esse lucis, non tenebrarum, habemus; caveant Parochi, ne hujusmodi pius, ac religiosus ritus ab Ecclesiâ receptus, & approbatus omittatur, nulloque modo inobedientes Nobis, & Ecclesiæ patiantur mortuos Christianos, sine luminibus efferri ad sepulchrum, & ubi ob illorum paupertatem haberi non possint, Parochorum impensis, Rituali Romano sic præcipiente, accendantur. [b]

Verùm, si tam solicita fuit Ecclesia cereis accensis pium e vitâ fidelium discessum quodammodo exornare, & religiosum hunc usum a primis temporibus usque ad nostra traductum accuratè servare, quantò magis solicita erit, ut Crux, quæ tamquam regale vexillum, ac triumphale mortis devictæ signum, cujus pretio æternæ vitæ suffragia consequi speramus, in deducendis funeribus præmittitur, accensis luminibus, comitetur, & ei, per quam ab antiquo lapsu salvati, & liberati fuimus, honorem, qui ei tam justè debetur,

[u] Can. anim; 13. q. 2.

[x] Rit. Rom. de exeq. §. his itaque.

[y] Decret. Visit. Apost. Pisan. an. 1574. §. in Provisionibus Rit. Rom. de exeq. §. alii præterea.

[z] in descript. funer. S. Macrinæ.

[a] Epist. 37. ad Eustoch.

[b] De exeq. §. cum autem, & §. Pauperes.

tur, habeamus? Ex quo ſciant Parochi, quòd ex antiquo pariter Eccleſiæ more cerei ardentes antecedere Crucem debent, cujus virtus toti mundo illuxit, quemadmodum lumen Epiſcoporum Chryſoſtomum, de hoc ſolicitum fuiſſe, alter Epiſcopus Turonenſis teſtatur; ac propterea numquam permittant in poſterùm in proſequendis Funeribus Crucem ſine duobus ſaltem luminibus circumſtantibus deferri, c & ſicut in eâ gloriari nos oportet, ſic etiam debito cultu coram hominibus, debitoque proſequantur obſequio.

S. Gregor. Turon. miracul. lib. 1 cap. 6. S. Petr. Cluniac. contr. Petrobruſian.

c Conc. Prov. Med. V par. 3. tit. quæ ad divin offic. pert. §. luminaria duo.

Recordentur pariter omnes, Nos in primâ, quam habuimus, Synodo, d ne ulla mortis relinqueretur dubitatio, ſtatuiſſe, ne ullum cadaver ex illis, qui repentinâ morte obierit, ante vigeſimam quartam horam, ex cæteris verò, niſi elapsâ duodecimâ horâ ſepulturæ tradatur, nec, niſi eodem tranſacto tempore, medicâ manu ſecetur. Verùm quum non ſatis proviſum eſſe Nobis conſtiterit, niſi etiam intra prædictum tempus in capsâ clausâ reponi, quod idem eſt, ac ſi in ſepulchro reponeretur, prohibeamus; ideo, ut Eccleſiæ menti ſatisfactum ſit, quæ vult nos certos eſſe, priuſquam ſepeliantur, animam exalaſſe volumus in poſterùm, & mandamus, quòd in capſis, niſi prius elapſis prædictis reſpectivè horis, nullo modo reponantur, vel ſi ponantur, capſa ſemper uſque ad ſupra tempus præfinitum aperta teneatur.

d par. 1. cap. 21. §. qui repentinà.

A D C A P. XXV.

De Vita, & Honeſtate Clericorum.

QUum vita noſtra eſſe debeat communis omnium ſchola, & exemplar virtutum, propoſitum ad imitandum, neceſſe eſt, ut ea non ſolùm caveamus, quæ mala ſunt, verùm etiam quæ ſpeciem mali habent, præſertim ſi talia ſint, quæ oculos Chriſtianæ Religionis offendant, ut conſcientiæ ſimul, ac eccleſiaſticæ conſulamus æſtimationi. Qua propter ad publicas

blicas Choreas in virorum, & fœminarum congressibus ducendas, ad Comœdias repræsentandas, in quibus fœminæ quoque partes agunt, Sacerdotes sub pœnâ suspensionis statim incurrendæ, Nobisque reservatæ, Clerici verò sub pœnâ carceris, quæcumque musica instrumenta pulsare non audeant.

Regularibus quoque, qui parvis in Conventibus degentes, etiam in his, quæ disciplinam Regularem concernunt ex Apostolicis Decretis, [e] Sacræque Congregationis declarationibus nostræ visitationi, & correctioni subiiciuntur, exactam observantiam suarum Institutionum, & Regularum, in quibus proprius cujusque Religionis Spiritus continetur, non solùm sub oculis Dei, sed etiam sub illis hominum enixè commendamus, ita, ut quod parvitas numeri incomodè pateretur, suppleat ingeniosus Religionis amor, ejusque decoris solicita consideratio, ne Nos cogamur, ægro quidem animo, juxta mentem SS. Domini Nostri Clementis XI. & Sacræ Congregationis [f] super Disciplinâ Regulari mandata, correctionis frenum eorum libertati, ac inobservantiæ, si quæ forsan irrepserit, pro debito nostri muneris admovere.

e Innoc. X. Const. 50. Instaurandœ, & Devot. ut in parvis.

f ex liter. 26. Jan. 1707.

A D C A P. XXVIII.

De Parochis.

Licèt plura in primis nostris Synodalibus Constitutionibus decreta fuerint, ex quibus Parochi facilè intelligere possunt, quam grave susceperint onus, quantaque ad illud dignè subeundum, gerere debeant, ne audiant, ex eorum manibus, quum apparverit Princeps Pastorum, oves requiri, ob eorum incuriam in eis custodiendis, deperditas; attamen Pastoralem nostram solicitudinem retinere non possumus, quin ipsorum non proponamus conscientiæ considerandum, quòd si ea, quæ a Nobis demandata fuerunt, non legerint, & lecta non adimpleverint,

rint, quòd si ea, quæ Populum docere, quæ illis denuntiare a Nobis pariter præcipiuntur, negligenter omiserint, quam excusationem apud Deum habere poterunt, dum debent, non quærentes, quæ sua sunt, impendere curam, impendere substantiam, impendere se ipsos pro animabus, quæ illis, ut dirigant in viam salutis, ab eo commissæ fuerunt?

Ad excitandam igitur, vel augendam Parochorum diligentiam, renovantes, & in eorum memoriam redigentes, quæ a Nobis, ut supra, ordinata fuerunt, iterum ea præcipimus cum omnibus his, quæ in præsenti Synodo illis injuncta erunt, per eos diligenter servari.

Quod quum ad hoc maximè conducere possit Parochos, spiritualibus aliquando Exercitiis vacare, in quibus mente ad Divinarum rerum contemplationem, propriisque muneris meditationem erectâ, ecclesiasticus spiritus reparatur, sanctèque vivendi norma, nostræ vocationi accomodata instituitur, vel Deo, qui dat omnibus affluenter, adiuvante, confirmatur; Nos ad mentem SS. Domini Nostri Clementis XI. monemus, non solùm Parochos, verùm etiam omnes alios Ecclesiasticos viros, ut aliquo tempore hæc sancta peragant Exercitia, quemadmodùm illos admonere, ac in Domino enixè adhortari Nobis injungit SS. ac Vigilantissimus Pater literis suis circularibus, g quas Pastorali nostro Edicto jam antea publicatas, nunc iterum publicamus, ut quantò citiùs mandatis obtemperemus, quibus ad earum literarum publicationem quolibet triennio renovandam, paternâ vigilantiâ, & charitate constringimur.

g Lit. S. C. Conc. 1. Feb. 1710.

Deinde quum in anteactis nostrorum etiam Prædecessorum Synodalibus Decretis sancitum fuerit, ut Parochi, qui deficientibus Notariis, testamenta, aut alias ultimas voluntates suorum Parochianorum excipiunt, post quindecim completos dies a morte testatoris teneantur huiusmodi testamenta, & ultimas voluntates per eos exceptas, ne injuriâ mortuorum,

& vi-

& viventium plerùmque miserabiliũ personarum damno depereant, ad nostram Curiam Archiepiscopalem deferre, ut vel confirmentur, vel transmittantur ad quemcumque aliũ Judicem competentem sub pœnis ibi contentis; Nos prædictum Decretum confirmantes, adiungimus, post Synodum ponendam formulam testamenti a Parochis ad ejus majorem validiatem, & probationem servandam. Nec non monemus illos, ut ad omnem suspicionem tollendam; quòd magis terrena lucra, quàm animarum salutem inquirant, omni studio caveant, ne testatorem verbis, aut aliis modis ad aliquid sibi, aut Ecclesiæ in eorum commodum, seu exonerationem relinquendum alliciant, sed scribentes dumtaxat ea, de quibus solo propriæ pietatis impulsu testatores disponunt, certum testimonium de hoc, ad se ipsos purgandos a consuetis conjunctorum querimoniis, qui magis de se ipsis cogitant, quàm de mortuorum suffragiis, videant habere.

Conc. Cabilon. II. ann. 813. c. 6.

Ulteriùs quum ex Decreto Sacri Concilii Tridentini Regulares in eorum Monasteriis animarum curam personarum sæcularium exercentes, immediatè in iis, quæ ad dictam curã, & Sacramentorũ administrationẽ pertinent, nostræ Juridictioni, visitationi, ac correctioni subiiciantur, nec aliquis ad eam exercendã, possit ex illis deputari, etiam ad nutum amovibilis sine nostro consensu, & sine prævio examine per Nos, vel Vicarium nostrum Generalem faciendo; videant propterea, ne quis eorum, Nobis inconsultis, prædictam curam quocumque prætextu exercendam assumat, vel pro placito relinquat, vel alium in officio substituat, legesque residentiæ, quibus obstringitur post curam assumptam, non servet, ne ad pœnas contentas in Decreto Sacræ Congregationis Concilii, post Synodum ponendo, procedere constringamur; sperantes tamen, quòd quum Regulares tantâ charitate, ac animarum zelo in pascendo Dominico grege nostræ infirmitati divinitùs credito, Nos adiuvent, ac nobis-

Seff. 25. cap. 11. de Regular.

D cum

cum collaborent, eò magis in pascendis ovibus eorum curæ commissis cum earum spiritualis profectus incremento, suas partes laudabiliter implebunt.

A D C A P. XXX.

De Fructibus Beneficiorum Vacantium.

UT fructus Beneficiorum vacantium ad normam consuetudinis in simul, & rationis in hac Diœcesi inter hæredes Rectoris defuncti, & successorem in Beneficio meliori modo, quo potest, dividantur, litesque, ac altercationes in hujusmodi vacationibus exoriri solitæ, suffocentur.

Synod. Pis. ann 1659. & 1678. & 1708. par. 2. cap. 36.

Primùm declaramus, quòd pro fructibus omnibus, *quoad triticum, & bladas tam ex prædiis, quam ex canone ab Emphyteutis habendis*, qui ex præcedentium Synodorum Decreto dantur hæredibus Parochi, vel in ipsâ die SS. Apostolorum Petri, & Pauli, vel post dictum diem defuncti, intelligi debent hæc vulgari expressa sermone: *Grano*, *Granvecciato*, *Segale*, *Orzo*, *Vecce*, *Fave*, *Vena*, *e Ceci*: nec non canones quicumque, qui ex dictis fructibus Agrorum ab Emphyteutis solvuntur, etiam si in pecuniâ solvantur, & dies solutionis adhuc non venerit, quemamodū hos dumtaxat fructus, et canones, ut supra, enunciatos, et declaratos sub prædictâ Constitutione Synodali comprehendi hæredibusque Rectoris defuncti in prædicto casu deberi, decernimus.

Deinde quoad cæteros fructus, de quibus præcedentes Synodi saltem apertè non loquuntur, hæc regula, cui assistit Jus, & communis observantia in posterùm attendatur. Ex fructibus naturalibus, seu industrialibus; omnes, qui tempore mortis Parochi erunt separati, & recisi a solo, etiam si adhuc extent in agro, ad ejus hæredes attineant; qui verò prædicto tempore adhuc pendentes erunt, spectent ad successorem.

Ex fructibus autem civilibus, qui currunt, seu currere

rere dicuntur dictim, pro ratâ temporis, quo vixerit Parochus defunctus, a suis hæredibus percipiantur, a die illius mortis in futurùm currentes exigantur a successore.

Verùm quum justum, & debitum sit, quòd qui percipit fructus, onera etiam Beneficii supportet, hæc ad eamdem rationem divisionis fructuum pro ratâ dividantur inter hæredes Parochi defuncti, & Parochum successorem; adeout, si fructus omnes anni vacantis perceperint hæredes, ad eos quoque supportare omnia onera ejusdem anni usque ad novam messem pertineat.

Quòd si fructus omnes Ecclesiæ Parochialis vacantis non consistant in frumento, & bladis, ut supra, expressis, & declaratis, & in die festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli lucrandis, & hos tantùm fructus hæredes Parochi defuncti perceperint, Parochus successor in eo casu debeat supportare onera ad rationem, & ratam fructuum, qui ab eo percepti fuerint, & eos in congruam sibi debitam, & in partem aliorum onerum secundùm eorum naturam imputare; Quæ divisio fructuum, & onerum servetur etiam in vacationibus aliorum Beneficiorum.

Tandem, quum inter onera supportanda in vacatione Beneficiorum Parochialium, illud præcipuè sit subministrandi congrua alimenta Oeconomis, qui deputantur, & respectivè successoribus; ad evitandas pariter controversias, quæ possent ex hoc capite suscitari, volumus, quòd pro congruo stipendio, seu mercede pro singulis mensibus ad rationem servitii Oeconomis constituendâ, & pro congruâ alimentariâ Parochis successoribus assignandâ sequens taxa in futuris vacationibus servetur.

Nelle Chiese Parrochiali di rendita annua fino a scudi trenta sei, dedotte tutte le spese necessarie, per ciascheduno mese del servizio scudi due.

Sino à scudi cinquanta scudi trè, e mezzo.

Sino à scudi settantacinque scudi quattro.

 Sino

Sino à scudi cento, scudi quattro, e mezzo.
Sino a scudi dugento, scudi cinque.
Da scudi dugento sino in qualsivoglia somma sia in arbitrio dell' Ordinario il tassarla.

Ulteriùs, quum Juri, & rationi repugnet quòd ea, quæ semel a Parochis, dum viverent, pro servitio, Ecclesiæ, seu bonorum ad eas attinentium, tam ratione fabricarum, quàm plantationum provisa, & quoquomodo destinata fuerunt, ab eorum hæredibus, tamquam sua distrahantur, volumus, quòd cæmenta omnia, ut calx, arena, saxa, laterculi, tegulæ, trabes, tigilla, tabulæ, ferramenta, & alia similia, dummodo hæredes legitimè non probent, quòd ea pro prædictis destinata non fuerint, successori remaneant, & ad ipsum attineant.

Statuimus similiter, quòd omnis sacra supellex, cujuscumque generis sit, quæ tempore mortis Parochi vel domi, vel in Sacristiâ, vel alibi apud alios reperiatur, spectet ad successorem, nec consueta admittatur exceptio, quòd non ex fructibus Ecclesiæ, sed propriâ Parochi pecuniâ, non illi, sed sibi eam providerit, nisi Parochus coram nostro Vicario Generali hujusmodi declarationem fecerit, dum viveret, & factâ legitimâ probatione eam usui Ecclesiæ non destinasse, nec ex illius redditibus, sed suis comparasse, Decretum super his obtinuerit.

Verùm, ut nihil remaneat, quòd semen esse possit amaritudinum, & contentionum inter hæredes Parochi defuncti, & Parochum successorem pro supellectilibus relinquendis in domibus Canonicalibus, prout etiam constituitur in præcedentibus Synodis, volumus, & mandamus, ut in posterùm infrascripta supellectilia ad evitandas ambiguitates, Etrusco pariter sermone descripta relinquantur.

Comandiamo dunque espressamente a' congiunti, & eredi futuri de, Parochi rurali, che dopo la morte de detti Parochi lascino, e lasciar debbano l' infrascritte masserizie, e supellettili nelle case Canonicali per servizio del Paro-

Paroco successore, ancorchè non ve l'avessero ritrovate, riservando loro ogni jus, che loro si compete, di poterséne rivalere contro gl'altri eredi dell'antecessore Paroco defonto, cioè: due letti con panchette almeno, e tavole d'albero, ambi col loro saccone, materazza, capezzale di lana, panno lano, ovvero coltrone, ed una coperta, tutta roba buona, due tavole, una di noce, ovvero d'albero lunga tre braccia, ed un'altra per uso di chi serve, un inginocchiatojo, due seggiole, o almeno due sgabelli con sue spalliere di noce, un quadro di tela, in cui sia dipinta qualche imagine di Santo, una madia con sua tavola da pane, ed una credenza, una secchia da pozzo, una catena da fuoco con i suoi alari, molli, e paletta da fuoco, tutti i vasi da vino e da olio secondo la maggiore, o minore rendita, che da beni raccogliesi, o pure da livellarii riscuotesi. E non raccogliendosene, o non risquotendosene, tanti da vino, che tengano Barili ventiquattro, e da Olio Barili due.

Reservantes tamen Nobis, vel Vicario nostro Generali facultatem juxta Ecclesiarum Parochialium tenuitatem, casuumque varietatem aliquid immutandi, & rigoris remmittendi.

Et quum in præcedenti primâ nostrâ Synodo mandatum fuerit, quòd Parochus vicinior occasione ministrandi Sacramenta alicui Parocho in extremo mortis periculo constituto caveret, ne ab hæredibus, aut quovis alio, quidquam ex ædibus illius auferatur, adiungimus in præsenti Synodo, quòd inventarium quoque conficere coram duobus saltem testibus teneatur, non tantùm supellectilium rerum, & scripturarum ad Ecclesiam attinentium, verùm etiam omniũ supellectilium, ac rerum cujusque generis, quæ in domo canonicali reperiuntur, & quæ ad Parochum spectant, illudque fideliter confectum ad nostrę Curiæ Archiepiscopalis Cancellariam per nuncium spectatę fidei, sigillo obsignatum transmittat, ut a Nobis, vel Vicario nostro Generali decernatur quid sit agendum, non tantùm pro indemnitate Parochi successoris quo ad su-

Par. 1. cap. 28. §. tandem.

ad ſupellectilia illi, ut ſupra, reſervanda, verùm etiam pro indemnitate ædium canonicalium, vel domorum colonicarum, quibus ſunt prædicta mobilia, ac res ſpeciali obnoxia hypothecæ, ut ſi quid ad earum ſtructuram, aut ad aliud, quod deſit, & quod reſtauratione indigeat, neceſſarium ſit, ex earum rerum pretio detrahi poſſit, & donec deliberatum non fuerit, prædicta auferri, implorato etiam Judicis officio, non patiantur.

Ulteriùs in vacatione Eccleſiarum Parochialium tam intra, quàm extra Civitatem retineantur ſemper, & reſerventur Conſtitutiones tam primę quam pręſentis Synodi pro Parocho ſucceſſore.

A D C A P. XXXIII.

De Monialibus.

Hortus cœleſtibus deliciis refertus, odoreque virtutū ſuaviter afflans, ad quem ſacra ſponſa dilectū ſuum dulci voce invitabat, [a] ſunt candidę illę Animę intra clauſtra religioſa degentes, quas Divinus Filius perpetuæ virginitatis ſponſus inhabitat: [b] Hortus, quem prędixerat Iſaias [c] uberrimis fructibus affluens, liliiſque inter quę paſcitur Sponſus, pulcherrimè florens. Verùm quum hęc ſeneſcant, & ſenſim intereant, niſi nova ſuccreſcerent germina, eaque ſollicitâ manu cuſtodirentur, brevi tempore ſylveſcerent, ac ſpinæ ſuperficiem illius, herbæque inimicæ frugibus operirent. Intelligite; nihil eſt, quod magis ad gravem illam, & laudabilem priſcarum Sancti monialium vivendi rationē relaxandam conducat, quàm, vel nimia facilitas in admittendis Puellis ad habitum, nimiaque negligentia in earum ſpiritu probando, an verè ex Deo ſit, & an ab eo vocatæ venerint, ut ſub ſuavi Religionis jugo illi ſoli ſerviant, illumquæ ſanctitate corporis, animique integritate glorificent; vel nimis indulgens incuria in eis, poſtquam Religionis habi-

[a] Gen. 4. 12.

[b] D. Hieronym. ad Euſtoch. de cuſtod. Virgin. epiſt. 22. D. Ambroſ. de Virgin. lib. 1. & de inſtit. Virg. c. 8. D. Bernard. de Mod. ben. viven. ſerm. 66. Philo Epiſc. Carpaht. in Cant. 4. 12.

[c] 58. 11.

Abb. Gileb. in Cant. ſum. 35. inter oper. D. Bernard. Richard. de S. Vict. in Caut. 4.

Clem. VIII in Decret. Cum ad regularem in Conſt. 88. D. Carol. Conc. Prov. Mediol. 1. par. 3. tit. de puell. ad relig. admitt. §. ab iis, & Conc. Prov. IV. tit. de Monial. §. quū puella. Conc. Aquiſgran. 1. lib. 2. can. 22.

habitum susceperunt, instituendis, ac erudiendis ad Religionis statum, ad Regulę observantiam, ad paupertatem, ad obedientiam, cęteraque alia, quę sponsas Christi decent, ut ad perpetuas fęlicitatis nuptias introire mereantur.

Trid. sess. 25. de regul. c. 1. Conc. Aqisgran. I. lib. 2. can. 8. Clem. VIII. Decret. Cum ad regularem §. curam adhibeat in Const. 88.

Nos igitur abusibus omnibus, qui paulatim irrepserunt, & qui magis in dies irrepere possent, providere ex debito muneris nostri cupientes; Hæc, ut eodem tempore nostrę, ac Monialium consulamus conscientię, de Novitiarum probatione, deque Puellarum, quę ad earum educationem, in Monasteriis recipiuntur, institutione, ac vivendi ratione omnino servanda ad mentem Apostolicarum Constitutionum, & ad formam Declarationum Sacrę Congregationis pręcipimus.

Primùm igitur quęlibet Puella, tam ad habitum Religionis suscipiendum electa, quàm post illum ab eâ susceptum, teneatur diu, noctuque, donec professionem emiserit in Novitiatu, pro quo in singulis Monasteriis particulares mansiones deputentur, a Cellis Monialium, & cęteris aliis Monasterii usibus separatę, manere sub unâ magistrâ Novitiarum, & ejus Coadiutrice, ad formam primę nostrę Synodi deputandis, unà cum aliis Novitiis, & Puellis, si quę sint ad habitum Religionis electis, nullique ex Monialibus exceptâ Abbatissâ, seu Pręfectâ Monasterii, nec non illis, quę Novitiis inserviunt, nullique ex Puellis educationis causâ in Monasterio degentibus, aditus pateat ad Novitiatum, multòque minùs in eodem commorari quoquo modo in posterùm permittatur.

S. Cong. apud. Nicol. verb. Novitius n. 24. apud Tambur. de jur. Abatiss. disp. 4. q. 4. n. 5.

Curet deinde Magistra, ne solę per septa Monasterii vagentur, neque cum aliis Monialibus, vel Puellis educandis socientur, aut per illarum Cellulas vadant, sed eas semper debitis horis & temporibus tam recreationis, quàm aliis de causis earum Magistra, vel ejus Coadiutrix comitetur.

Conc. Aquisgran. I. lib. 2. can. 22. S Cong. apud Nicol. Verb. Novitius n. 24.

Ad Crates Colloquutorii, multòque minùs ad januam

S. Cong. apud. Quarant. Verb. materia Monial. n. 8. apud. Pignat. consul. 85. n. 93. & 168. tom. 6.

nuam Monasterii quovis pretextu nullatenus accedant, nisi pro alloquendis consaguineis usque ad secundum gradum, idque rariùs, quò poterit, fiat, ne ab amore cœlestium, terrenarum rerum distrahantur affectu.

Clem. VIII. in d. Decret. cum ad regularem §. 28. 29. Urb. VIII. Const 28. §. quilibet Novitius.

Habeant horas juxta diversa tempora constitutas, quibus tum meditationi quolibet die, tum Sacrorum librorum lectioni, tum examini conscientię, tum aliis virtutum exercitationibus vacent.

D. Hieronym. reg. c. 21. D. August. ad soror. c. 7. Con. Aquisgran. I. lib. 2. can. 14. Trid. sess 25 de regular. cap 1. Clem. VIII. in d. Decreto Cum ad regularem §. 27. S. Cæsar. ad Virg. Deo dedicat. epist. 3.

Abstineant ab omnibus, vanis, & rerum Mundi, quem viriliter contempserunt, colloquiis; studeatque affabili, ac simul gravi charitate prudens Magistra, eas docere votorum obligationem, eaque observandi necessitatem; accendat in eis amorem regularis observantię, studium perfectionis, hortetur ad sensuum custodiam, ad puritatem cordis servandam, ut de virtute in virtutē progredientes, coronam virginitatis accipiant, & ad meritum æternę glorię perveniant.

Ne verò hę nostrę ordinationes a paterno corde in bonum illarum prodeuntes, negligantur, volumus, quòd Vicarius noster Generalis, quum ad explorandam Novitię voluntatem accesserit, de earum observantiâ tum Prępectam Monasterii, tum Magistram diligenter interroget, & si eas observare non viderit, nullatenus Novitiam ad professionem admittat, & Prępectę Monasterii, nec non Confessarii super earum invigilent observantiâ.

Sac. Cong. in Decret. gen. 17. Martii 1603.

Puellę similiter educationis causâ recipiendę non retineantur posthâc in Monasteriis, quemadmodum in precedenti Nostrâ Synodo quoque mandavimus, nisi ad pręscriptum facultatum Sacrę Congregationis, quarum conditiones verificari, & respectivè adimpleri mandamus.

S Cong. apud Monacell. formular. par. 1. tit 11. form 2. n 5. apud. Pignatt consul. 85. n 136. 169. tom. 6. apud Nicol. Verb. Educandæ n. 1.

Ac propterea in earum implementum prohibemus, ne apud Moniales particulares predictę Puelle, quovis modo maneant, nec in privatis Cellis, sed tantùm in mansionibus ad earum usum deputatis, in quibus etiam noctu permanere sub curâ, & regimine Magistrę ad id eligendę, omnino debeant, quemadmodum

modum in primâ nostrâ Synodo pariter constituimus, & venerabiles nostri Prædecessores constituerunt.

Similiter alimenta integra pro iisdem Puellis Monasterio tantùm persolvantur, nilque detur particularibus Monialibus pro earum curâ; sed Monasterii Præfecta, & Camerariæ, seu illæ Moniales, quibus hæc cura solet demandari, teneantur impensis ejusdem Monasterii prædictis Puellis de omnibus ad victum necessariis providere. Quod, ut facilius adimpleatur, singulæ Educandæ, non admixtæ cum Monialibus, sed separatim ad mensam eis destinandam in Refectorio sedere debeant.

S. Cong. apud. Corrad. in prax. dispens. lib. 5. cap 15. n. 20. apud. Pignatt. d consul. 85. n. 136. tom. 6.

Tandem ea omnia, quæ de vestium modestiâ earumque cultu in primâ nostrâ Synodo constituimus, renovantes, addimus, quòd nullatenus permittatur, aliquam ex prædictis Puellis masculos sibi non conjunctos ad Crates, vel januam Monasterii alloqui sine licentiâ Præfectæ Monasterii, ac Magistræ, quarum conscientiam oneramus, an expediens fuerit illam concedere. Et quatenus concedatur, semper præsens assistat hujusmodi colloquiis eadem Magistra. Et quum Janitrices requiruntur de vocandis Puellis ab aliquo ex masculis cum iisdem in secundo gradu non conjuncto, fortiter recusent. Et si nihilominus aliquam Puellam ad Cratem cum masculis viderint loquentem, ad Præfectam deferant, ut providere in posterùm valeat, memores Moniales, quòd redditturæ rationem sunt de hujusmodi Puellis, quas earum fidei, & custodiæ, ut bene educentur, ac instruantur, parentes crediderunt.

S. Cong. apud. Pignatt. d. conul. 85. num. 183. tom. 6.

Quòd si alias, quàm a Nobis in præsenti Constitutione statutum est, & in prædictis facultatibus Sacræ Congregationis præscribitur, Puellæ in Monasteriis educandæ retineantur; Non videmus, quomodo tam Puellæ ipsæ, quàm Moniales eas retinentes, & Abbatissæ, seu Præfectæ Monasterii id permittentes a Censuris Apostolicâ auctoritate contra violantes Clausuram latis, se eximere poterunt. Quamobrem Con-

S. Cong. in Decret. gener. 17. Martii 1603. & apud. Nicol. verb. Educandæ n. 1.

fessarii sedulò Moniales admoneant, ne privatæ affectionis causâ, Censurarum pœnas non reformident.

Et nihilominus, ut quæ superiùs præscripta sunt, pleniùs observentur, non permittatur in posterùm Puellas educandas recipi in illis Monasteriis, in quibus ordinationes nostræ, & conditiones a Sacrâ Congregatione in ejus literis præscriptæ non adimplentur, & quod minatum fuerat in primâ, in hâc secundâ Synodo exequi mandamus.

S. C. apud. Monacell. formul. par. 1. tit. 11. form. 1. n. 2. 3. formul. 3. n. 5.

Ulteriùs, ne hujusmodi tam salutares ordinationes latinè conceptæ, minùs rectè a Monialibus intelligantur; volumus, quòd simul cum Constitutionibus primæ Synodi ad Moniales attinentibus, etrusco sermone ad literam traducantur, & quolibet anno tempore Quadragemæ a Confessariis Monialibus congregatis legantur, qui pro eorum pietate, ac prudentiâ, quæ oportuna judicabunt, explanent.

A D C A P. LIII.

De Judicibus Synodalibus.

CUpientes Nos Pastoralis dilectionis, ac reverentis, gratæque nostræ observantiæ erga Sacros Ordines Regulares, datos Nobis in adiutorium, & præsidium a Deo in omnibus testimonia exhibere; ad conservanda, & confovenda, quæ ad pacem sunt, ut uno ore honorificemus Deum, & stantes in uno spiritu, unanimes collaboremus Fidei Evangelii in salutem Dominici Gregis Nobis commissi; omnibus, & singulis, qui in Regularium Conservatores assumuntur, in memoriã revocamus, non posse juxta Sacrorum Canonum Decreta, & Apostolicas Constitutiones, quoquo modo se ingerere in Causis, quæ judicialem requirunt indaginem, sed solùm in eis, in quibus agitur de manifestis injuriis, ac violentiis, & dummodo in eisdem Regulares rei sint, non verò si agant; Et a secus faciendo retineat illos debitus pœna-

Cap. 1. & ult. de offic. deleg. in 6. Gregor. XV. Const. 9. Innoc. X. Const. 19.

pœnarum timor, quæ adversus eos, qui limites sibi traditæ facultatis excedunt, continentur in prædictis sacrorum Canonum Decretis, ac Apostolicis Constitutionibus, nisi ex particulari privilegio fuerint majorem potestatem consequuti.

Confirmamus omnia, & singula acta, decreta, & constituta in præcedenti primâ nostrâ Synodo cum prædictis Constitutionibus, ac Declarationibus in hâc nostrâ secundâ Synodo factis.

Tandem volumus, quòd omnes, & singulæ prædictæ Additiones, & Constitutiones vim obtineant, & obligationem inducant, elapso trimestri a die celebrationis Synodi; illasque filiali obedientiâ erga Sanctam Ecclesiam Romanam, omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram, ejus correctioni subiicimus.

JUDICES SYNODALES.

Reverendissimus Dominus Abbas Antonius Franciscus Palmerini J. U. D. Archipresbyter, Protbonotarius Apostolicus, & Vicarius Generalis.

D. Joseph Maria de Rosserminis Decanus Protbon. Apostol. J. *U. D.*

D. Hyacinthus del Rosso Canonicus J. U. D.

D. *Jacobus* J*oseph de Angelis Canonicus* Protbon. *Apostol.* J. V. D.

D. Joseph de Martinis Canonicus J. U. D.

D. Camillus de Curinis Canonicus J. U. D.

D. Nicolaus Maria Lisci Canonicus Protbonotarius Apostolicus J. U. & Sac. Theol. D.

D. Simon de Angelo Canonicus J. U. D.

D. Clemens Maria Frosini Canonicus Theol. J. U. D.

D. Joseph de Morandinis Canonicus J. U. D.

D. Joseph Maria Ruschi Canonicus J. U. D.

Reverendissimus Dominus Cajetanus Machiavelli Conventualis D. Stephani Prior.

D. Angelus de Franceschis I. V. D. Protbonotarius Apostolicus Præpositus Insignis Collegiatæ Liburni.

Adm. Reverend D. Abbas pro tempore Canonicorum Regularium S. Michaëlis extra Urbem usque ad aliam Synodum cum voto Assessoris.

Adm. Reverend. D. Abbas pro tempore S. Michaëlis in Burgo usque ad aliam Synodum cum voto Assessoris.

EXAMINATORES.

R Everendissimus Dominus Abbas Antonius Franciscus Palmerini J U. D. Archipresbyter Protbonotarius Apostolicus, & Vicarius Generalis.

D. *Joseph Maria de Rosserminis Decanus Protbon. Apostol. I. V. D.*
+ D. *Hyacinthus del Rosso Canonicus I. V. D.*
D. *Iacobus Ioseph de Angelis Canonicus* Protbon. *Apostol. I. V. D.*
D. *Ioseph de Martinis Canonicus I. V. D.*
D. *Camillus de Curinis Canonicus I. V. D.*
D. *Nicolaus Maria Lisci Canonicus I. V. & S. T. D. Protbon. Apost.*
+ D. Simon de Angelo *Canonicus* I. V. D.
D. *Clemens Maria Frosini Canonicus Theol. I. V. D.*
+ D. Ioseph Morandini *Canonicus* I. V. D.
D. *Joseph Maria Ruschi Canonicus I. V. D.*
D. *Jacobus Antonius Frosini Canonicus Pœniten. I V. D.*
D. *Angelus de Franceschis I. V. D. Protbon. Apost. Præpositus Insignis Collegiatæ Liburni.*
Adm. Reverend. D. Antonius Ulivieri I. V. & S. T. D. Almi Collegii Ferdinandi Rector, & Lector.
Adm. Reverend. D. Julius Cæsar Filippini I. V. D. Rector Collegii Ducalis Sapientiæ.
+ *Adm. Reverend. P. Magister Iacobus Serra Inquisitor Generalis.*
+ *Adm. Reverend. P. Bruno Bona Prior Chartusiæ, & Abbas Gorgonæ.*
Adm. Reverend. P. D Guido Grandius Abbas Camaldulensis Lector.
P. D. *Virginius Valsechi Monachus Cassinensis Lector.*
+ P. D. *Marcus Antonius Alaymo Monachus Cassinensis Lector.*
P. D. *Modestus de Alizzeriis Monachus Olivetanus.*
P. M. Franciscus Orlendius Ordinis Prædicator. Sacræ Theol. Lector.
+ *P. M. Albertus de Cecchis Ordinis Prædicator. Lector Sacræ Theol.*
+ *P. M. Ludovicus Francavilla Ordinis Prædicator.*
P. M. Petrus Antonius de Rossis Ord Servor. ex Generalis Lector.
+ *P. M. Aloysius Maria Garbi Ord. Servor. Lector.*
P. M. Sebastianus Tognini Ord. Servor.
+ *P. M. Thomas Morelli Ord. Servor.*
+ *P. M. Joannes Baptista de Mengonis Ord. Carmelit.*
P. M. Joannes Maria de Ferriniis ejusdem Ord.

P. M. *Joan-*

P. M. Joannes Stephanus de Bambagiaris ejusdem Ord.
+ P. M. Ferdinandus Gavardi Ord. Eremit. S. Augustini Lector.
+ P. M. Lucas Antonius Misellii dicti Ord. S. Theol. Bacc.
P. M. Nicolaus Pierotti d. Ord. S. Theol. Bacc.
P. M. Joannes Vincentius Martellinius Ord. Minor. Convent. S. Francisci Lector.
P. M. Joannes Baptista Rossi dicti Ord. Vicar. S. Officii.
+ P. Franciscus Meslier Doctor Sorbonicus Ord. Minor. Observant. S. Francisci Lector.
P. Gaudentius Barasaglia Ord. Minor. Obser. S. Francisci.
P. Jacobus Lutrelli Societatis Jesu.
+ P. Joannes Maria Morazzani Congreg. S. Pauli Barnabit.
P. Sebastianus Reali ejusdem Congreg.
P. Valerius Raffaelli ejusdem Congreg.
+ P. M. Joseph Maria Vitali Ord. Minimor. S. Francisci de Paula.

TESTES SYNODALES.

D. Joannes Baptista Gaetanus Archidiaconus.
+ D. Joannes Baptista de Frosinis Canonicus.
+ D. Petrus Paulus de Petrolinis Canonicus.
+ D. Franciscus Alexander de Gallettis Canonicus, & Prothon. Apostol.
D. Silvius de Nomis Canonicus.
D. Angelus Octavius de Abramis Canonicus.
D. Paulus de Salvectis Canonicus.
D. Joannes Baptista de Poggesis Canonicus.
D. Flaminius Upezzinghi Canonicus.
D. Franciscus Raynerius Lanfranchi Lanfreducci Canonicus.
D. Franciscus Maria de Gasparis Canonicus.
D. Philippus Maria de Tiburtiis Canonicus.
D. Eques Julius de Grassolinis Canonicus.
D. Antonius Raynerius Xaverius de Toninis Canonicus.
D. Joannes de Pandulphinis Canonicus.
D. Nicolaus Maria de Silvaticis Canonicus.
D. Angelus de Franceschis I. V. D. Prothon. Apostol., & Insignis Collegiatæ Liburni Præpositus.
Reverend. D. Lucas Cosmus Lacca Archipresbyter dictæ Insignis Collegiatæ I. V. D.

Reve-

Reverend. D. *Antonius Tozzi Canonicus dictæ* Insig. *Colleg.*
+ *Reverend.* D. *Andreas Bellavita Canonicus dictæ* Insig *Colleg.*
Rev. D. *Eques Joannes Antonius Torsi Canonicus dictæ* Insig. *Colleg.*
Rev. D. *Petrus Marcus de Marchesinis Canonicus dictæ* Insig. *Colleg.*
Ven. D. *Dominicus de Boscain's* Prior *S. Xysti Pisarum.*
Ven. D. *Oliverius de Guidis Vicarius S. Zenonis.*
Ven. D. *Joseph Maria Tellini* Prior *S.* Jacobi *de Horticaria.*
Ven. D. *Joseph de Blasinis Præpositus* Pontis *Eræ* I. V. D.
+ *Ven.* P. *Cæsar Tonini* Plebanus *Buti.*
Ven. P. *Joannes* Donati Plebanus *Cascinæ.*
Ven. P. *Sebastianus Canocchi Plebanus Vici Pisani.*
Ven. P. *Joannes Michaël Cosci* Plebanus *Blentinæ.*
Ven. P. *Raphaël de Casalis* Plebanus Calci *S. T.* D.
Ven. P. *Antonius Tavola Plebanus SS Hipolythi, et Cassiani de S. Cassiano.*
Ven. P. *Paulus Grassotti* Plebanus *Avane.*
Ven. P. *Franciscus Maria Bauti* I. V. D. *Plebanus Rosignani.*
+ *Ven.* P. *Joannes Manfredi* Plebanus *de Massaciuccoli.*

POENITENTIARII.

D. *Jacobus Antonius Frosini* I. V. D. *electus a SS.* Domino *Nostro.*
Reverendiss. D. *Abbas Antonius Franciscus* Palmerini I. V. D. *Archipresbyter*, Prothon. *Apostol. & Vicarius Generalis.*
D. *Joseph Maria de Rosserminis Decanus* Prothon. *Apost.* I. V. D.
D. *Hyacinthus del Rosso Canonicus* I. V. D.
D. *Jacobus Joseph de* Angelis *Canonicus* Prothon. *Apost.* I. V. D.
D. *Joseph de Martinis Canonicus* I. V. D.
D. *Camillus de Curiis Canonicus* I. V. D.
D. *Nicolaus* Maria *Lisci Canonicus* I. V. *et* S T. D. *et* Prothon. *Apostol.*
D. *Clemens Maria Frosini Canonicus Theol.* I. V. D.
Ven. D. *Andreas* Patrocchi *Chori Magister.*
+ *Ven.* D. *Matthæus de* Pampanis S. T. D. *& Capellanus.*
+ *Ven.* D. *Joannes Baptista de Evangelistis Capellanus.*
Ven. D. *Raynerius Casciai* I. V. D. *Capellanus.*

DEPU-

DEPUTATI

Pro Doctrinâ Christianâ.

D. *Joseph de Martinis Canonicus* I. V. D.
D. *Nicolaus Maria Lisci Canonicus* I. V. *&* S. T. D. *Prothon. Apost.*
D. *Simon de Angelo Canonicus* I. V. D.

DEPUTATI

Pro oneribus Missarum, ac pro Legatis Piis.

D. *Ioannes Baptista de Poggesis Canonicus.*
D. *Ioseph de Morandinis Canonicus* I. V. D.
D. *Eques Julius de Grassolinis Canonicus.*

DEPUTATI SUPER SEMINARIO.

Reverendissius D. *Abbas Antonius Franciscus Palmerini* I. V. D. *Archipresbyter*, *Prothon. Apostol. & Vicarius Generalis.*
D. *Ioseph Maria de Rosserminis Decanus Prothon. Apostol.* I. V. D.
D. *Iacobus Ioseph de Angelis Canonicus Prothon. Apost.* I. V. D:
D. *Camillus de Curinis Canonicus* I. V. D.

Allii electi secundum formam Concilii Trid. sess. 23. cap. 18. de Reformatione.

Reverendissimus D. *Abbas Antonius Franciscus Palmerini* I. V. D. *Prothon. Apost. & Vicarius Generalis electus a Capitulo.*
D. *Clemens Maria de Frosinis Canonicus* I. V. D. *electus ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo.*
+ *Ven.* P. *Ioannes Baptista Evangelisti Capellanus electus ab Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo.*
+ *Ven.* P. *Matheus Pampana* S. T. D. *Capellanus electus a Clero.*

CAMERARIUS.

Ven. P. *Simon Andrea Venturi Capellanus.*

PRO-

PROMOTOR SYNODI.

Reverendiss. Dominus *A*bbas *A*ntonius *Franciscus* Palmerini I. V. D.
Prothon. Apostol. Archipresbyter, *& Vicarius Generalis.*

Suprascriptæ Constitutiones, ac Synodalia Decreta coram Illustriss. ac Reverendiss. Domino, Domino *Francisco Frosini Patritio Pistoriense, Sacri Romani Imperii Comite, miseratione* Divinâ *Pisarum Archiepiscopo, Insularum Corsicæ, & Sardiniæ Primate, & in eisdem Legato Nato, per me* Cancellarium *Infrascriptum universo* Civitatis, *&* Diœcesis Pisanæ Clero, *servatis de more servandis, legitimè Congregato acta, & intelligibili voce perlecta, ab eodem, nemine discrepante, recepta, solitisque acclamationibus per verbum placet approbata, & publicata fuerunt in* Sessionibus *Synodalibus habitis in Ecclesiâ* Primatiali Pisanâ, *anno ab* Incarnatione *millesimo septingentesimo decimo sexto stilo Florentino, &* 1717. *more Pisano; Indictione nonâ, diebus verò trigesimâ, & trigesimâ primâ* Mensis *Julii, Pontificatus autem* SS. *in Christo* Patris, *&* D. N. D. *CLEMENTIS divinâ Providentiâ* Papæ XI. *anno decimo sexto, &* Serenissimo *Cosimo* III. Magno *Etruriæ* Duce VI. *feliciter* Imperante, *præsentibus ibidem, & audientibus Adm.* R. R. D. D. Antonio Dominico de Martinis, *&* Dominico de *Boscainis Primatialis Ecclesiæ Capellanis, & Ceremoniarum* Magistris, *nec non* Adm. R. R. D. D. Antonio *Ruscâ Sacerdote* Intemeliensis Diœcesis, *&* Joseph Mariâ dal Pino *Pistoriense familiaribus* D. S. *Illustrissimæ, & Reverendissimæ, & aliis quampluri-mis testibus.* In *quorum &c.*

Alexander de *Salvectis* I. V. D.
Cancell. *Generalis* Archiepiscopalis
de prædd. omnib. Rog. &c.

ADDITIONES
AD
SECUNDAM
SYNODUM.

ADDITIONUM
AD SECUNDAM
SYNODUM
PARS PRIMA,

Continens novam Casus reservationem aliis Casibus in Primâ Synodo reservatis adiecti, ejusque declarationem circa ea, quæ frequentiùs contingere possunt.

CASUS.

Dilatio Exequutionis Piarum Voluntatum culpabiliter facta ab iis, qui ad eam quomodocumque tenentur ultra annum.

CUm publicè expediat suprema decedentium elogia suum habere implementum *l. vel negare ff. quemad. Testam. aper.* nilque magis debeatur hominibus, quàm eorum extremam voluntatem religiosè servari. *l.* 1. C. *de Sacros. Eccl.* nefas omni tempore fuit, a quo leges publicis habentur monumentis conscriptæ, fidem illis debitam denegare. Veterum propterea Jura, non solùm amplam unicuique potestatem de rebus suis dederunt; verùm etiam vim legis, quidquid ab eis dispositum esset, obtinere declararunt: *Uti quisque legassit suæ rei, ita jus esto*: sancitum legitur inter Leges duodecim Tabularum, quas ab Atheniensibus, & Lacædemoniis, aliisque Græciæ Civitatibus, post expulsos Româ reges, decem viri con-

sensu Populi Romani collegerunt, *l. verbis legis* 120. *ff. de verb. signif. Joan. Rosin. Antiq. Rom. lib.* 8. *cap.* 6. *Joan. Oldendorp. de legib.* XII. *Tab. Tit.* 5. *Cunrad. Rusters. Comm. in leg.* XII. *Tabul. class.* 3. *par.* 2. *cap.* 16. Et Imperator Justinianus huic vetustissimæ inhærens legi, similiter sancivit in §. *Disponat. Auth. de nupt. Disponat. unusquisque & sit lex ejus voluntas, sicut, & antiquissima nobis lex, & prima penè Reipublicæ Romanæ disponens ait: uti quisque legassit de rebus suis, ita jus esto.*

Ex quo inter alia Marcus Tullius acriter exprobravit in secundâ Philippicâ Marco Antonio, quòd Legem, tam rebus publicis, ac privatis salutarem perfringens, irritum Testamentum fecisset, religiosè apud omnes custodiendum, ut olim scripsit *Plinius lib.* 4. *Epist.* 10. *ad Macrin.* Nec non Cornelius Silla, Dictator simul, & Consul Legem tulit, quæ Lex Cornelia vocatur, quâ quicumque celasset, aut eripuisset Testamentum, ne posset exequi, severissimè puniebatur. *l. qui Testamentum ff. ad l. Cornel. de Falsf. Jul. Paul. sent. recept. lib.* 3. *tit.* 7. Tantæ curæ fuit, ut supremum morientium arbitrium nullo modo infringeretur, non tantùm Romanis, verùm etiam Græcis, penes quos horrendum impedire (dicebat Plato) *ne quis possit cuicumque velit dare, dum moritur lib.* 10. *de legib.* Ita ut nil potentius apud nos, nilque nostro Animo sacratius esse debere Defunctorum voluntate declamabat Romanus Orator, *Declam.* 311.

Soliciti tamen non minùs fuerunt, nec minùs studii, ac diligentiæ in ultimis Tabulis custodiendis posuerunt Imperatores Romani, præsertim si pias continerent dispositiones.

Theodosius namque, & Valentinianus cupientes & ipsi deficientium voluntatibus subvenire, decreverunt quòd pro suo quisque testetur arbitrio, & in potestate suâ suam habeat voluntatem *leg. novell.* D. *Theodos. tit.* 9. *de Testam.* nec non quòd liceat unicuique, unoquoque modo, & quibuscumque verbis suum dictare judicium *leg. novell. D. Valentiniani tit.* 4. *de Testam.*

Leo, & Anthemius declararunt, quòd nulli ex hæredibus liceat piam Testatorum dispositionem infringere, sed Reverendissimus Episcopus illius Civitatis, ex quâ Testator oritur, habeat facultatem excipiendi quod fuerat relictum, pium Defuncti propositum sine ullâ cunctatione, ut convenit, impleturus *l. Nulli* C. *de Episc. & Cleric.*

Martia-

Martianus, ut securitati, ac fiduciæ morientium provideat, quidquid Testamento, aut Codicillo suo Viduæ, & quæcumque aliæ Mulieres, Ecclesiæ, Clericis, vel pauperibus in quâcumque re, vel specie crediderint relinquendum, ratum, firmumque mandat imperiali auctoritate consistere, *leg. novell.* D. *Martian. tit.* 5.

Constantinus imperiali sanctione constituit, quòd habeat unusquisque licentiam, Sanctissimo catholico Venerabili Concilio (scilicet Monachorum, sive Clericorum, sicut explicat Glossa) decedens, bonorum, quod optaverit relinquere, & non sint cassa Judicia ejus. *l.* 1. C. *de Sacrosf. Eccles.*

Justinianus pariter statuit, quòd, *si illi, qui facere jussi sunt, neglexerunt, semel, vel bis ab Episcopo, vel œconomo admoniti per publicas personas lucrum amittant, quod eis contingebat ex voluntate defuncti, & Episcopus habeat licentiam vindicare, & illud lucrum, quod distribui debebat, distribuere, Auth. licet* C. *de Episc. & Cleric.* Et hoc ipsum novâ Constitutione confirmat. *Auth. de Eccl. tit.* §. *si quis pro redemptione.* Indignus enim est (scribit *J.Consf. Papinianus*) ut qui destituit supremas Defuncti preces, consequatur aliquod ex voluntate illius *l. si patroni* §. *qui Fideicommissum ff. ad sen. Consult. Trebell.*

Placet his adiungere, quòd Emmanuel Commenus Imperator Orientis, qui rebus quondam Ecclesiasticis adversus, ad sanandum vulnus illis inflictum, auream Bullam promulgavit, ab effectu Bullam medicatricem appellatam apud Cardinalem Baronium A. D. 1148. *n.* 42. constituit in quâdam ejus Constitutione *lib.* 1. *Jur. Orient. de Exequut. Testam.* quod instituto Christo, vel pauperibus, vel piâ causâ, exequutio ultra duos Menses non prorogetur, & si fieri potest intra quartum diem propter salutem animæ defuncti penitus adimpleatur, facto Episcopo Exequutore, ne longiùs protrahatur penes *Greg. Tholos. syntagm. Juris lib.* 42. *cap.* 36. *n.* 8. *par.* 3.

Verùm præ omnibus Ecclesia, cujus præcipuum officium est piarum voluntatum causas excipere, hanc in illis adimplendis culpabilem negligentiam salutaribus Decretis excutere, ac pœnarum stimulis admotis urgere majori studio curavit, ne simul animæ Defunctorum debitis defraudentur suffragiis, & illæ viventium periculo se damnationis æternæ committant.

Quamobrem, non solùm Ecclesia ex Constitutione Pontificis *Gelasii*

Gelasii I. *in can. consideratio* 16. *q.* 1. piorum Testatorum arbitrium fideliter servari decrevit; ex declaratione Gregorii in *in can. ultima voluntas* 13. *q.* 2. modis omnibus ultimas Defunctorum voluntates exequi mandavit; nec non prædictarum Imperialium legum exempla sequi non dedignata, literis ejusdem Gregorii rescripsit Ianuario Episcopo Calaritano in *cap.* 3. *de Testam.* quòd secundum piissimas leges, dilatas Defunctorum voluntates Episcoporum decens est judicio adimpleri; sed etiam contra illos, qui hujusmodi leges negligerent, & multò magis perfringerent, severas pœnas adiunxit.

Nicolaus enim, & Alexander Pontifices, uterque hujus nominis secundus decreverunt, quòd, ut Oblationes vivorum, ac defunctorum fideliter redderentur, in dispositione esset Episcoporum illos, qui eas retinerent à Sanctæ Ecclesiæ communione separare *can. præter hoc dist.* 32. *can. præcipimus* 16. *q.* 2.

Venerabiles Patres Concilii Carthaginensis III. cui cum aliis ducentis quatuordecim Episcopis interfuit etiam, & subscripsit D. Augustinus sub *can.* 95. sanxerunt, quòd illis, qui eas retinent, & Ecclesiis tradere demorantur, essent ab Ecclesiâ abiiciendi.

In Concilio verò Vasensi, cui præfuit S. Hilarius Episcopus Arelatensis sub *cap.* 4. statuerunt, quòd illi, qui eas retinent, & tradere Ecclesiis remorantur, ab Ecclesiâ essent abiiciendi.

Similiter in Concilio Agathensi tempore Symmachi Pontificis auctoritate Sancti Cæsarii Arelatensis Provinciæ Primatis congregato, sub *cap.* 4. decreverunt, quòd qui oblationes Parentum, aut Donationes, aut Testamento relicta retinere perstiterint, ab Ecclesiis, quousque redderent, excluderentur.

In Concilio quoque Arelatensi II. sub S. Silvestro Papâ *cap.* 28. dicitur, quòd ab Ecclesiâ, cui fraudem fecerunt, excludantur. In Concilio Turonensi sub Ioanne II. *cap.* 25. quòd ab omnibus Ecclesiis segregati a Sanctâ Communione habeantur extranei. In Concilio Aurelianensi III. tempore Vigilii Papæ sub *cap.* 22. quòd a communione ecclesiasticâ, quandiu eas restituant, suspendantur. In Concilio Aurelianensi V. tempore ejusdem Vigilii *cap.* 16. quòd communione priventur. In Concilio Matisconenli I. sub Pelagio II. præcipitur, quòd ab Ecclesiæ liminibus arceantur. In Concilio Moguntino *cap.* 92. committitur arbitrio Ordinarii illos condignâ pœnâ pro excessus qualitate puniri; & meritò.

Primùm

Primùm enim lædunt Justitiam unicuique suum tribui volentem; nam quum omittant præstare quæ ex piâ Testatorum voluntate præstanda veniunt, non solùm ea retinent, quæ sua non sunt, sed etiam rem alienam in suam (Justitiâ reclamante) convertunt *Silvest. Verbo* Testamentum 2. *quest.* 9. *Graff. de Casib. reserv. lib.* 2. *cap.* 16. §. *gravatus num.* 17. *Dian. par.* 8. *Tract.* 5. *Resol.* 52. *Lezzan. quest. Regul.* §. *legata num.* 28. ac proinde reos illos esse peccati mortalis uno calamo scribunt *Bellam. in can. qui oblationes* 13. *q.* 2. *Navarr. Manu. cap.* 25. *n.* 65. *Barbos. de Pot. Episc. alleg.* 82. *n.* 16. *Thesaur. de pœn. p.* 2. *in verbo Testamentum Laym. lib.* 3. *Tract.* 5. *cap.* 11. *n.* 12. *Sanch. Consil. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 53. *n.* 5. *Cortiad. decis.* 244. *n.* 2. *Amostaz de Caus. piis lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 13. *Berton. de neglig. part.* 2 *art.* 21. *n.* 37. *Maran. lib.* 1. *Resp.* 7. *n.* 8. *&* *Resp.* 20. *n.* 21.

Secundò graviter charitatem offendunt; & quum hæc unumquemque nostrum ad subveniendum pauperum indigentiis obstringat, eò magis offendunt, quòd non solùm illis non subveniunt, verùm nec etiam relicta à piis Testatoribus in eorum subsidium persolvunt; propterea pauperum necatores vocantur a Concilio Agathensi *cap.* 4. a Concilio Carthaginensi IV. *cap* 95. a Concilio Vasensi *cap.* 4. a Concilio Trullano *part. ult. cap* 14. & a Symmaco Papâ in Synodo Romanâ VI. nec non tales dicuntur a *Silvest. d. q.* 9. *a Graff. d.* §. *gravatus n.* 17. *ab Azor. Inst. moral. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 38. *q.* 16. *&* *Maran. lib.* 1. *Resp.* 24. *num.* 5.

Tertiò defraudant Ecclesiam supprimendo, vel solvere denegando legata, præstationesque illi debitas, & quod fuerat ad ejus cultum, ac ad divina peragenda Sacrificia a piis Testatoribus dicatum, injustè sibi retinentes, immo potiùs usurpantes Sacrilegium quodammodo committere dicuntur ab Archiepiscopo Florentino, Sanctitate, & Doctrinâ percelebri *Summ. par.* 2. *tit.* 1. *cap.* 12. *de Sacrileg.* juxta illud D. Hieronymi ad Nepotianum; *ep.* 2. *de vitâ cleric.* relatum in *can. Gloria* 12. *q.* 2. *Amico aliquid subtrahere furtum est, Ecclesiam verò defraudare Sacrilegium &c.* cui consonat, quod dixit Symmacus Pontifex in memoratâ VI. Synodo Romanâ apud *Anton. August.* Iur. *Pontif. Veter. epit. par.* 2. *lib.* 15. *tit.* 33. *cap.* 5. *Valde iniquum, & ingens sacrilegium est ut quæcumque, vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie*

anima-

animarum suarum unusquisque venerabili Ecclesiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab his, quibus hæc maximè servari convenit, idest Christianis, & Deum timentibus hominibus, in alius transferri, vel converti &c.

Quartò fidem turpiter frangunt piis voluntatibus obstrictam, totque Pontificiis, ac Imperialibus Sanctionibus munitam, pietatemque in deformem crudelitatem vertentes ducunt in bonis a Defunctis relictis jucundos dies suos, & interim illorum animas tormentis atrocissimis cruciari in Purgatorio patiuntur. Certum siquidem est, quòd purgatorius ignis, quo animæ atrociter torquentur *durior est, quam quod possit in hoc sæculo pœnarum videri, & cogitari:* ex sententiâ Augustini hisce ipsis verbis expressâ in *serm.* 45. *de Sanct.* qui est *sermo* 4. *de Animab. Defunct. & in Psalm.* 89. Ac proinde quum non minùs certum, immò certissimum sit, utpote definitum a *Concilio Florentino in Decreto Unionis &c.* & a *Concilio Tridentino sess.* 25. *Decret. de Purgat.* quòd animæ in Purgatorio detentæ Fidelium suffragiis, potissimùm verò acceptabili Altaris Sacrificio juvantur, quemadmodum etiam scripserat D. *Augustinus de verb. Apost. serm.* 34. necessariò sequitur, quòd retardatis, seu prætermissis suffragiis pro Defunctis præstandis, prorogantur illis in Purgatorio tàm duri cruciatus, & quò gravior est culpa illorum, qui ad ea persolvenda obstringuntur, eò gravius est damnum, quod ex eorum dilatione animæ sentiunt, ac perferunt; ita ut ad hanc ingrati animi atrocitatem exprimendam, ne dum pauperum, sed etiam animarum necatores vocantur a *Sancto Antonino Archiep. Florent. in allegat. cap.* 21. nec non a *Silvestr. in. præd. q.* 9. & a *Thomâ Sanch. in allato dub.* 53. *num.* 5.

Tandem divinam exacerbant Pietatem *can. qui oblationes* 13. *q.* 2. divinamque provocant indignationem, quemadmodum explicant ibi *Archidiac. & Bellam.* ac proinde non expectat Deus futurum sæculum, ut puniat, sed in hoc quoque sæculo illos graviter punit, & locupletissimi Testes sunt *Graff. decis. aur. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 17. *Card. de Iugo de Just. & Jur. tom.* 2. *disp.* 24. *sect.* 11. *n.* 296. *Sanch. consil. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 53. *n.* 5. *Diana par.* 8. *Tract.* 5 *Resol.* 162. *vers. bene.* hancque esse potissimam causam destructionis Domorum, ac Familiarum scribit *Clericat. miscell. decis.* 20. *n.* 6.

Vide-

Videtis ergo quo rationis pondere pressi tot vigilantissimi Episcopi, quorum muneri piarum voluntatum exequutio procuranda committitur, sibi ejus culpabilem dilationem reservarunt.

Ex quibus sat mihi erit vobis indicare Apostolicum virum Gherardum Gherardi Episcopum Pistoriensem, ac Pratensem, qui eximiâ sanctitate, fortitudine, ac vigilantiâ rexit Ecclesias à Deo sibi commissas, unum ex illis Episcopis, de quibus Sanctissimus Pontifex toto orbi Christiano, omnique ævo memorandus Innocentius XI. dicere solebat; quòd plus senio confecti, ac in lecto prostrati, quàm alii floridâ ætate, ac integrâ valetudine freti operabantur; quemadmodum ad eum in fere suâ semper ægrâ, & ingravescenti ætate, quæ tamen animi vires in agendo non retardabat, confortandum scripserat illi Eminentiss. Colloredus *Primâ Synod. Pist. Tit. de Sacr. Pœnit.*

Cardinalem Barbadigum Episcopum Patavinum, qui post tot eximiæ pietatis opera, post tot inclita virtutum semina per totam Diœcesim largiter sparsa, mirabilemque solicitudinem in propagandâ Divinâ Gloriâ, Animarumque promovendâ salute, omnibus numeris impletam, dies suos sanctissimè claudens obiit, dignus, qui vivat in omnium memoria, & omnibus in exemplum optimi Pastoris proponeretur, *Clericat. Decis. Moral. Decis.* 20. *num.* 6.

Cardinalem Gabriëlem Palæottum ecclesiasticâ eruditione, solidâque doctrina virum ornatum, qui Sacræ Romanæ Rotæ tunc temporis Auditor missus a Paulo III. ad Concilium Tridentinum Patrum opiniones pro Decretis constituendis conscribens, & si quid esset controversiæ de Jure respondens, præclara Sapientiæ, ac integritatis monumenta reliquit. Deinde primus Ecclesiæ Bononiensis Archiepiscopus, & Cardinalis, fuit in illâ regendâ fidelissimus imitator Divi Caroli, qui eum in rebus difficilioribus, ut scribit Auctor ipsius vitæ, consulebat, ita ut de Cardinali Paleotto cecinerit Mapheus Barbarinus Cardinalis, postea Urbanus Octavus.

„ Antiquæ Gabriel gloria Felsinæ,
„ & Patrum columen, quos Sacra Purpura
„ exornat.--

De Eccl. Bonon. Administr. p. 3. de Sacram. Pæniten. Cas. Archiep n. 14.

Tandem eumdem S. Carolum Borromeum Cardinalem, &

 Archie-

Archiepiscopum Mediolanensem, *quem virum innocentem*, S. Pius V., *Lucernam Israël*, Gregorius XIII. *luminare grande in Ecclesia*, Paulus V., *Insularum decus*, Urbanus VIII. vocarunt: de quo verissimè dici posse: *non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi*: scripsit ad Clementem VIII. doctrinâ, & pietate clarus Cardinalis Bellarminus, & in quo Christianæ pietatis exemplar, Dignitatis Episcopalis formam, Pastoralis vigilantiæ speculum proponit Ecclesia, ut inde pro nostro munere dignè adimplendo sumere possimus quid imitemur. In eo enim (dicebat memoratus Cardinalis Paleottus) Priscorum morum exemplar, in eo sanctitatis, ac innocentiæ simulachrum, in eo universæ virtutis domicilium, in eo vera Dignitatis Episcopalis forma mirificè elucebat. *orat.* quam habuit in *Transl* 2. *Reliq. Act. Eccl. Bonon. par.* 4. undè nova vigilantiæ, & solicitudinis habere quotidie exempla valeamus. *Act. Eccl. Mediol. par* 4. *Instr. Confess.* §. *qui Instr. pro his, qui Sacr. Pœnit.* §. *nec eos Instr. General.* §. *Procurent.*

Hos igitur inter alios sequuti Sanctissimos Episcopos, qui culpabilem hanc dilationem sibi reservarunt, Nos quoque nobis reservamus.

PRO CUJUS DECLARATIONE.

NOnnulla sunt prænotanda; & Primò, ne in ipso limine videamur offendere, quòd nomine piarum voluntatum comprehenduntur hic omnes piæ Fidelium dispositiones. Nam quum dispositio sit actus, per quem voluntas nostra declaratur, voluntas hic pro dispositione accipitur *Card. Mant. de coniect. ult. vol. lib.* 1. *Tit.* 3. *n* 7. Et licet dispositio propriùs, ac frequentiùs ad ultimam referatur voluntatem §. *disponat Auth. de nupt.* §. *ex heredato Auth. de Hæred. & Falcid. Barbos. Dict.* 89. *n.* 7. *Mart. de clauf. par.* 3. *clauf.* 34. *n.* 1. *Rot. decis.* 879. *n.* 1. *par.* 4. *Divers.*; attamen cum ad disposita etiam inter vivos referri possit *cap.* 2. *in princ. de Præben. in* 6. §. *ult. Inst. Tit. de acquisit. per arrog. Peregr. de Fidecom. Art.* 40 *n.* 58. *Card. Mant d. Tit.* 3. *num.* 9. *Franch. decis.* 607 *n.* 4. *Mans. consult.* 511. *n.* 19. sumimus hic nomen piæ voluntatis pro qualibet piâ dispositione, tam inter vivos, quàm causâ mortis factâ.

Secundò, quòd in favorem piæ causæ dispositum, ac ordinatum intel-

intelligitur, quidquid ob Dei, & sanctorum honorem, ob animæ spiritualem salutem, ob exonerationem conscientiæ relinquitur Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, aliisque locis piis, præsertim pro Missis celebrandis, pro supellectilibus sacris, & aliis ad Divinum Cultum spectantibus, vel pro pauperibus alendis, pro redimendis captivis, pro Virginibus pauperculis dotandis *Bonac. tom. 2. de contract. disp. 3. quæst. 17. punc. 8. §. 2. Dian. par. 7. tract. 6. resol. 29. per totam Laym. lib. 3. tract. 5. cap. 2. n. 1. M. rau. par. 1. resp. 3. n. 3. resp. 13. num. 52. resp. 22. n. 14. Valer. de Differ. verbo Legatum Differ. 3. per totam Ventrigl. Annot. 28. de legat. piis. §. 2. per tot. tom. 2.*

Tertiò, quòd quum omnes illi, qui ad pias voluntates exequendas obstringuntur, ex diversis titulis obstringi possint; vel quia nimirum sunt hæredes, aut legatarii, vel quia ex aliquo contractu obligationem eas adimplendi, loco hęredum susceperunt; vel quia bona, quibus sunt aliqua pia onera annexa cum eorum scientiâ possident, aut illa ratione suscepti muneris administrant; omnes ultra annum earum piarum voluntatum culpabiliter implementum negligentes sub illis verbis. *qui ad ea quomodocumque tenentur comprehensi:* sub hâc cadunt reservatione.

Quartò; ne forsan prætextu nullitatis, seu invaliditatis Testamenti, aut Legati ob solemnitatum defectum nitantur Pœnitentes a piarum voluntatum implemento se eximere, aut excusare, opportunum similiter ducimus hic strictim prænotare ea, quæ a Doctoribus scribuntur, ut saltem Confessarii quò ad hoc dubitare scientes, illos exoneratos non dimittant; sed tempus sumant ad respondendum, vel illos remittant ad Nos, quemadmodum ad se remittere præcepit omnibus Confessariis Divus Carolus *Act. Eccl. Mediol. par. 4. Instruct. pro his qui Sac. Pœnit. §. nec eos*, cujus verba hic placet Nobis referre: *nec eos absolvant, qui piis legatis tenentur &c. Quòd si causas impotentiæ suæ, aliasque excusationes protulerint, ad Reverendissimum Archiepiscopum, qui hanc sibi cognitionem reservat, remittantur;*

Sciendum igitur est, quòd in dispositionibus favore piæ Causæ factis, nullæ solemnitates, vel a legibus Civilibus, seu Municipalibus, vel a consuetudinibus inductæ desiderantur; sed sufficit ad earum validitatem, ut de certâ voluntate tantùm constet disponentis, juxta Decretalem *in cap. relatum de Testam. Laym. lib. 3.*

Tract. 5. *cap.* 2. *n.* 2. *Less. de Just. & Jure lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 2. *n.* 7. *Sanch. consil. moral lib* 4. *cap.* 1. *dub.* 7. *n.* 4. *Molin. Fagund. Dicastill. & alii apud Dian. par.* 7. *tract.* 6. *resol.* 14. *Claud. la Croix Theol. moral. lib.* 3. *p.* 2. *q.* 204. *n.* 1130. *tom.* 1. *Amostaz de caus. piis lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 2. & 4. *Card. De Luc. de testam. disc.* 13. *n.* 4. *disc.* 14. *n.* 5. & *seq. disc.* 15. *n.* 2. *Rot. coram Merl. decis.* 805. *n.* 5. *coram Cavaler. decis.* 168. *n.* 1. *coram Buratt. decis.* 475. *num.* 1. & *in recent. decis.* 166. *num.* 8. *decis.* 289. *per totam part.* 10.

Et propterea legata pia in Testamento imperfecto, seu minùs solemni relicta, valida esse, ac præcisè deberi, uno calamo conveniunt scribentes Morales, Canonistæ, ac legales. *Less. d. cap.* 19. *dub.* 2. *n.* 12. *Vasq. opusc. de Testam. cap.* 1. *dub.* 1. *n.* 12. *Dian. par.* 7. *tract.* 6. *resol.* 3. *per totam Trullench. in Decalog. tom.* 2. *de contract. disp.* 3. *q.* 2. *punc.* 3. *n.* 14. & *seq. Covarr. in cap. cum esses. n.* 8. *de Testam. Vagnarech. in d. cap. relatum Engel. in tert. Decret. ad Tit. de Testam. n.* 18. *ibique Anacl.* §. 6. *n.* 138. *Ciarl. controv. foren. cap.* 21. *num.* 8. *tom.* 1. *Card. De Luc. de Testam. disc.* 16. *num.* 4.

Quòd procedit etiam si Testamentum ad Causam prophanam principaliter factum fuit. Nam, quidquid de reliquis sit dicendum, communiter receptum est, quòd legata pia in eodem Testamento relicta præstanda veniunt, dummodo quo ad ea de certâ voluntate Testatoris constare possit *Card. de Lugo de Just. & Jure tom.* 2. *disp.* 22. *sect.* 9. *n* 265. *Covarr. in d. cap. relatum. n.* 1. & 3. *Amostaz. de Causis piis d. cap.* 11. *n.* 4. *Ventrigl. d. annot.* 28. §. 2. *n.* 32. *Maran. resp.* 17. *n.* 7. *Peregr. de Fidec. art.* 2. *n.* 35. & *plenè Rubeus de Testam. cap.* 60. *n.* 392. & *seq. præsertim* 394. & 403. *Rota Rom. decis.* 484. *n.* 3. & 4. *p.* 19. *recent.*

Similiter licèt ad validitatem Testamenti pro solemnitate in eo servandâ requiratur a Jure Canonico præsentia proprii Parochi, & duorum Testium ad formam *ab Alex. III.* præscriptam in *cap. cum esses de Testam.* nihilominus in Testamento, seu quacunque aliâ dispositione ad piam Causam factâ, duo tantùm testes sufficiunt juxta alteram Decretalem ejusdem *Alex. III. in cap. relatum de Testam. Card. Mant de conject. ult. vol. lib.* 9. *tit.* 3. *n.* 4. *Maran. d. resp.* 17. *n.* 1. *Ventrigl. d. annot.* 28. *n.* 30. *Sanch. d. cap.* 1. *dub.* 7. *n.* 4. *Card. de Lugo d. disp.* 22. *sect.* 10. *n.* 266. *Dian. d. tract.* 6.

resol.

resol. 14. *per totam Caval. decis.* 27. nec non examinatâ differentiâ inter *cap. cum esses*, ubi de causâ prophanâ, & *cap. relatum*, ubi de causa piâ agitur *Barbos. & Fagnan.* firmant in eodem *cap. relatum* unus sub *num.* 2. alter sub *num.* 3. & plenè *Antonell. de regim. Eccl. lib.* 1. *cap.* 10. §. 3. *n.* 39.

Qui duo Testes, quum requirantur non ad solemnitatem, sed tantùm ad probationem, nihil refert, quòd unus sit Parochus ipse Testatoris, vel uterque Laicus sine præsentiâ Parochi *Marant. d. Resp.* 17. *n.* 2. *&* 3. *Ventrigl. d. annot.* 28. §. 2. *n.* 31. vel quòd ambo sint masculi, vel fœminæ. Nam, quanquam de Jure Civili fœminæ testes in Testamento non admittantur; attamen quum in piis dispositionibus solemnitates ab eodem Jure inductæ non exigantur, sed sola natularis probatio sufficiat *Card. De Luc. disc.* 12. *num.* 3. *de Testam.* fœminæ etiam in illis admittuntur *Covarr. ad d. cap. relatum. n.* 5. *Abb. n.* 3. *Petr. Anchar. n.* 6. *in cap. cum esses de Testam. Phiring. & Anacl in tert. Decret. tit. de Testam.* ille sub *n.* 12. hic sub *n.* 155. *&* 159. *Dian. d. tract.* 6. *resol.* 16. *per totam Card. de Lugo d. disp.* 22. *sect.* 10. *n.* 266. *Sanch. d. dub.* 7. *n.* 4. *Antonell. d. cap.* 10. §. 4. *per totum Vasq. de success. creat. lib.* 3. §. 22. *n.* 3. *Rota decis.* 5. *n.* 3. *inter collect. ad Card. De Luc. tit. de Testam.*

Quinimò in sententiâ convenientes cum Rotâ Doctores, quòd validæ possint esse, etiam sine ullo Teste, piæ Fidelium dispositiones, unanimiter firmant, quòd sola schedula manu Testatoris scripta, seu subscripta, & a duobus Testibus ejus manum notam habentibus recognita, sit sufficiens, ac legitima probatio pro validitate piæ Testatorum voluntatis; quemadmodum ex Moralibus scripserunt *Sanch. d. dub.* 7. *n.* 5. *Laym. d. tract.* 5. *cap.* 2. *n.* 3. *Card. de Lugo d. sect.* 10. *n. Dian. d. tract.* 6. *resol.* 14. *vers. hinc plura resol.* 18. *vers. Respondeo, & dico Marcb. de Peste part.* 8. *cap.* 6. *n.* 11 *&* 26. Ex legalibus *Card. De Luc. disc.* 14. *n.* 5. *disc.* 26. *n.* 6. *&* 15 *de Testam. Rota coram Caval. decis.* 553. *per totam, coram Buratt. decis.* 475. *n.* 1. *& seqq. In Diversor. decis.* 74. *per totam par.* 2. *In Recent. decis.* 108. *n.* 13. *par.* 1. *decis.* 289. *n.* 1. *& seq. par.* 10. *decis.* 150. *n.* 22. *&* 23. *par.* 12. *decis.* 489. *n.* 1. *par.* 19. *tom.* 2.

Ulteriùs adeo penes Doctores favor pietatis piis Fidelium Dispositionibus assistit; ut si hæredi satis constaret Testatorem voce dum-

dumtaxat aliquid ad piam Causam reliquisse, quod in foro externo probari non posset, obbligaretur in foro conscientiæ ad illud præstandum, quum in hoc foro, in quo veritas legali præsumptioni prævalet, alia probatio non exigatur, quàm scientia certæ voluntatis Testatoris, *Laym. d. cap. 2. n. 5. Fagund. de Just. lib. 6. cap. 3. n. 2. Dian. d. tract. 6. resol.* 18. *Sanch. d. dub. 7. n. 5.* Et sufficit ad induendam in hærede obbligationem, ut pia Testatoris voluntas quocumque modo certa illi reddatur. *Marant. d. resp. 17. n. 24. Ventrigl. d. annot.* 28. *num.* 36. *Card. de Lugo d. disput.* 22. *sect.* 10. *num.* 267.

Omittendum tandem non est pro securiori instructione prudentis Confessarii, quòd prædicta omnia procedunt favore piæ Causæ, quando agitur de Testamento, seu aliâ ultimâ dispositione imperfectâ, quò ad solemnitatem, non verò quando imperfecta esset quo ad voluntatem disponentis, quum hæc certa, & determinata semper esse debeat *Card. de Lugo* plenè in *d. sect.* 10. *num.* 275. *Sanch. d. dub.* 7. *n.* 4. inter Morales *Covarr. in d. cap. Relatum num.* 13. *Anacl. in d.* § 6. *n.* 166. *& seq.* inter Canonistas *Card. de Luc. disc.* 13. *n.* 5. *disc.* 14. *n.* 10. *disc.* 26. *n.* 6. *&* 15. *de Testam:* noster *Pacion. Alleg.* 97. *n.* 4. *& per totam Rubeus de Testam. cap.* 7. *n.* 244. *Episcop. Rocc. disput. Juris select. cap.* 35. *n.* 58. inter legales, quibus additur *Rota apud Torr. de pact. futur. success. decis.* 186. *n.* 5. *coram Priolo decis.* 210. *n* 5. *& in recent. decis.* 108. *num.* 4. *&* 21. *par.* 7. *decis.* 66. *n.* 14. *par.* 17.

Quintò notandum pariter est, quòd ad contumaciam ream hujus reservationis constituendam, hæc ratio habenda est; si Testator pro piâ dispositione ab eo factâ tempus hæredi, seu Legatariis ad illam implendam præfixerit, ab hoc tempore effluxo post aditam hæreditatem, vel legatum agnitum, annus, qui ad reservationem incurrendam præscribitur, computandus est, *Anchar. in cap.* 3. *n.* 3. *Covarr. pariter n.* 3. *de Testam. Sanch. d. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 51. *n.* 19. Si verò nullum tempus ad prædictam piam dispositionem exequendam Testator assignaverit, tunc, licèt a morte Testatoris anni calculus esset subducendus ad mentem *Bartholi, & Baldi* apud *Balducc. decis.* 54. *n.* 3. *de Testam.* attamen Nos benignores sequentes sententiam penes eumdem *Sanch. d. dub.* 51. *n.* 15. *Card. de Lugo d. disp.* 24. *sect.* 16. *n.* 336. *& Claud. la Croix Theol. Moral. lib.* 3. *p.* 2. *q.* 204. §. 6. *n.* 1135. *tom.* 1. Intendimus

quòd

quòd Annus hic pro reſervatione incurrendâ computetur a die aditæ hæreditatis, vel agniti legati. In cæteris verò, qui ſub hâc reſervatione, ut ſupra, in tertio notabili comprehenduntur, vel a die contractæ obligationis, vel captæ bonorum poſſeſſionis, ſeu ſuſceptæ adminiſtrationis, cum ſcientiâ tamen oneris implendi, ad reddendam culpabilem dilationem neceſſaria, fiat anni computatio. Et in ſucceſſivis temporibus à prædicto anno completo cæteri anni computentur.

Sextò, quòd & ſi ſcribant *Gratian. diſcept. cap.* 73. *n.* 13. *&* 14. *Ventrigl. toties allegatâ annot.* 28. §. 2. *n.* 27. & alii apud eos, favore piæ Cauſæ tempus hæredibus, & Exequutoribus currere nullam etiam onerum ſcientiam habentibus; Nos tamen ad noſtram mentem declarandam *Sanch d. cap.* 1. *dub.* 51 *n.* 10. *Card. de Lugo d. ſect.* 16. *n* 336. *Quadr. de caſib. reſerv. diſp.* 3 *caſ.* 8. *concl* 10. *n.* 1015. ſequuti, decernimus tempus hic non currere ad reſervationem incurrendam, niſi ab eo die, quo piarum voluntatum, qui ad eas exequendas tenentur, ſcientiam habuerint. Nam, quiquid ſit quoties agitur de dilatione datâ dumtaxat in alicujus favorem, ſecus profectò eſt quando ea, ad convincendam etiam alterius negligentiam conſtituitur; quum enim hæc ab ignorantiâ excludatur *cap. quia diverſitatem* 5. *ibiq. Fagnan. n.* 10. *de Teſtam.* non dicitur, qui ignorans eſt, negligere, contemnere, contravenire, aut non adimplere ex ſententiâ ejuſdem *Grat. diſcep.* 632. *n.* 20. *diſcept.* 944. *n.* 38. & quum voluntarium non dicatur, quod ignoramus, *can. quamvis diſt.* 39. *Laym. lib.* 1. *tract.* 1. *cap* 4. *num.* 6. culpabilis non poteſt nec etiam eſſe dilatio, quæ ab ignorantiâ naſcitur. *can eos* §. *ex hâc itaque* 1 *q.* 5. ignoratia enim voluntatem excludit, ſine quâ nullo modo culpa eſſe poteſt *D. Auguſt. de verâ Relig. lib.* 1. *cap.* 14. dummodo tamen non ſit craſſa, ſeu vincibilis, quæ ſcientiæ æquiparatur *Graff. prax. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 39. *lib.* 2. *cap.* 41. *n.* 25. *Azor. Inſt. moral par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. *q.* 7. *Laym lib.* 1. *trac.* 4. *de legib. cap* 20. *n.* 2.

Septimò, quòd licèt in *Auth. de Eccl. tit* §. *ſi autem legatum*, detur ſemeſtre hæredi, ſeu exequutori ad exequenda Legata pia, & a Nobis annus ad incurrendam reſervationem aſſignetur; non tamen inferre debent ex hoc, qui ad piarum voluntatum implementum tenentur, immunes eſſe ab omni culpâ, ſi quum primùm poſſunt, eas non adimpleant; hujuſmodi enim terminus tam a

Jure,

Jure, quam a Nobis assignatus non aufert, neque minuit obbligationem conscientiæ, quam habent a Jure naturæ voluntatem Testatoris fideliter implendi. *Laym. lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 2. *n.* 12. *&* 13. *Sanch. d. cap* 1. *dub.* 53. *n.* 6. *Card. de Lugo d. disp.* 24. *sect.* 11. *n.* 296. *Quadr. de casib. reserv. disp* 3. *Cas.* 8. *n.* 943. *&* pleniùs *n.* 953. *Valer. de Differ. verbo Legatum diff* 1. *n.* 1.

His prænotatis, facilè cognoscitur qui sub hâc reservatione comprehendantur; ut hos tamen faciliùs Confessarii cognoscere possint, opportunum credidimus nonullos hic ponere ex his casibus frequentiùs contingere suetis, in quibus ea non incurritur.

Hæres omittens solvere legata pia ob ejusdem Testatoris debita, quæ totum assem hæreditarium excedunt, in reservationem non incidit, quum legata nisi ære alieno deducta non debeantur, *Vasq. opusc. de rest. cap.* 11. *dub.* 6. *per totum*, *Homob. de Casib. reser. par.* 2. *cas.* 5. *cap.* 5. *sect.* 2. *observ.* 1. *vers. ubi non solvens*, *Cabrin. de Casibus reserv. par.* 2. *cas.* 9. *resol. prax. pro non inciden n.* 10. & hæres ultra vires hæreditarias nullo obstrictus jure, primùm debita ex titulo oneroso, quàm ex titulo gratuito solvere tenetur. *Navar. Manu cap.* 17. *n.* 50. *Silvester*, *Rebell. Medin Filiucius*, *et alii apud Bonac. de rest. disp.* 1. *quæst.* 8. *punt.* 2. *num.* 12.

Qui aliquam piam dispositionem ad quam complendam obligatus est intra annum exequi culpabiliter omisit, si antequam confiteatur sua peccata integrè illam exequitur, & postmodum ad Confessarium accedit, poterit ab illo, etiam si facultatem non habeat absolvendi a reservatis, absolui. Nam etsi controvertitur hoc inter DD. nihilominus quum hæc reservatio a Nobis inducta fuerit ad excitandos, ac urgendos, qui pias negligunt exequi voluntates, mens nostra est quod his exequutis cesset reservatio; & in hoc libenter sequimur *Lup. de Casib. reserv. part.* 2. *cas.* 3. §. 1. *n.* 16 *Mazzuch. eodem tract. disp.* 2. *cap.* 20. *q* 2. *dist.* 1. *n.* 43.

Inter causas eximendi nos a reservatione ponunt Doctores paupertatem, qua impotentes reddamur; imputari enim non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerit faciendum, ad regulam juris in *cap. imputari* 41. *de Reg. Ju. in* 6.

Advertendum tamen est, quòd hæc impotentia ex paupertate proveniens talis sit, quæ excuset omittentem a peccato mortali, quo deficiente deficit reservatio: & ad hoc rectè dignoscendum recordentur Confessarii, quòd præcisâ necessitate extremâ, in quâ sunt

ſunt omnia communia *Leſſ. lib. 2. cap. 16. num. 19. Laym. lib. 3. tract. 3. part. 1. cap. 1. n. 7. Amoſt. de cauſis piis lib. 7. cap. 3. num. 15. tom. 2.*) etiamſi neceſſitas, ſeu inopia gravis, ac talis eſſet, quæ poſſet a culpâ læthali excuſare pœnitentem, non excuſaret tamen in caſu, in quo creditor pari, & majori premeretur neceſſitate, quemadmodum premuntur ut plurimùm pauperes, & præſertim animæ in Purgatorio, in quo cum eodem igne, ad mentem Divi Auguſtini, quo damnati, crementur, non ſolùm in gravi, verùm etiam in graviſſimâ immo in extremâ neceſitate reperiuntur *Quadr. de caſib. reſer. Caſ. 8. diſp. 3. concl. 7. n. 1003. Cabrin. d. caſ. 9. Annot. 4. n. 15.* Et ideo quotieſcunque poſſunt dubitare Confeſſarii: an neceſſitas, & impotentia plerùmque a Pœnitentibus ad extorquendam abſolutionem ſolita exagerari, tanta ſit, quæ poſſit eos excuſare, illos ad ſuperiorem remittant, quemadmodum, ut ſuperiùs adnotavimus, monebat divus Carolus, & conſulunt *Navarrus, & Silveſter apud Lup. caſ. 3. §. 6. adnot. 2. nec non Cabrin par. 2. caſ. 9. adnot. 4. n. 15.*

Ignorantiam ſimiliter dicunt excuſare, quod & Nos quoque dicimus. Ignorans enim onus pium per eum implendum, reſervationem nullatenus incurrit; dummodo tamen ignorantiam inculpabilem, & invincibilem habeat, quæ quum cognitionem excludat, ſinè quâ malitia non poteſt eſſe volita, ut dicunt DD. excludit etiam peccatum, quod voluntarium eſſe debet, & ſine quo reſervatio non incurritur; quemadmodum ex communi Patrum ſententiâ Propoſitionem contrariam inter illas Michaëlis Baii, & aliorum quadrageſimam ſextam aſſerentem quod *ad rationem, & definitionem peccati non pertineat voluntarium* damnavit Sanctus Pius V. *die 1. Octobris 1567. per ejus Conſtitu. Ex omnibus*, & hanc damnationem confirmarunt *Gregorius XIII. die 29. Junii 1579. per Conſtit. Proviſionis noſtræ, ac Urbanus VIII. die 6. Martii 1641. per Conſtit. In eminenti*. Certum ſiquidem eſt, *ut ſcribit D. Aug. Epiſt. 48. quòd nullius crimen maculat neſcientem*. Ex quò ſupra firmavimus, etiam quòd Annus ad reſervationem incurrendam a die tantum habitæ ſcientiæ legati, ſeu oneris pii currere incipiat.

Excluditur pariter ab hâc reſervatione qui legatum diviti relictum intra Annum non ſolvit, etiamſi dicatur expreſsè factum pro amore Dei, vel pro Animâ Teſtatoris, quum non ex hoc dici poſsit legatum pium *Lapus alleg. 91. n. 4. Mant. de coniect. lib. 6.*

 tit. 3.

tit. 3. *n.* 23. *Barb. de Univ. jur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 6. *Diana par.* 7. *tract.* 6. *resol.* 30. *ver.* 4. *Amost de causis piis lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 13. *Graff. de casib. reser. lib.* 2. *cap.* 26 *n.* 35. *&* 36. *Cabrin. d. cas.* 9. *resol. prax pro non incid. n.* 2. *Quadr. d. disp.* 3. *n.* 1091:

Similiter, è contra si legatum factum fuerit consanguineo pauperi, & non dicatur a Testatore causâ pietatis illud fecisse quum præsumatur factum affectu sanguinis, qui tanquam naturalis paupertati prævalet, quæ accidentalis est, non reputatur pium, prout ex sententiâ multorum scribit *Tiraquell. apud Sanch. consil. moral. lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 21. *n.* 2. *idem Sanch. de Matrim. lib.* 1. *disp.* 14. *num.* 11. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 115. *n.* 9. *Bonacc. de Contract. disp* 3. *q.* 17. *pun.* 8. §. 2. *n.* 2. Et quamquam nonnulli sint inter DD. qui contrarium sentiunt apud *Amost. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 21. *tom* 1. tamen respectu saltem reservationis adhæremus *Cabrin ubi supra num.* 4. *nec non Quadr. d. disp.* 3. *num.* 1091. qui stant pro ejus exclusione.

Immunes quoque a reservatione se reddunt, qui deponunt id, quod in adimplementum solvere alicujus piæ dispositionis tenentur, dummodo tamen depositum faciant, non solùm integrum, & purum, verùm etiam in loco congruo, & parte citata; nam quum sic factum loco solutionis habeatur, *l. si per emptorem* 5. *l. illud* 17. *C. de peric. & comm. rei vend. l. acceptam. C. de usur. Maresc. var. resol. lib.* 2. *cap.* 70. *n.* 9. *Rot. decis.* 146. *n.* 20. *coram Celso* sic per illud etiam evitatur reservatio *Quadr. toties cit. disp.* 3. *num.* 1089. *Lup. cas.* 3. §. 4. *num.* 30. *Cabrin. d. cas.* 9. *prax. pro non incid num.* 18.

Sicuti omittens solvere legatum pium factum in Testamento imperfecto ratione solemnitatum, quæ ad ejus validitatem de Jure Civili requiruntur, incideret, dummodo constaret de certâ voluntate Testatoris post annum in reservationem; è contra liber esset ab eâ, si Testamentũ imperfectum fuisset ratione voluntatis, quum voluntas imperfecta voluntas non sit *l. cum Syllanianum C. de his quib. ut indign. Amost. de caus. piis lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 15. Et voluntate deficiente deficit validitas legati, ac obligatio *Sanch. cons. moral. l b.* 4. *cap.* 1. *dub.* 7. *n.* 5. DD. supra in §. *omittendum* allegati, & consequenter reservatio. *Quadr. d. disp.* 3. *cas.* 8. *concl.* 15. *num.* 1069.

Sciant tandem Confessarii quòd non ex eò, quòd quis dicatur in hanc

in hanc reſervationem non incidere, inferri neceſſario poteſt, quòd etiam immunis ſit a peccato ut ſupra in §. *ſeptimò* diximus, & nunc opportunum repetere ducimus, ut intelligant Sacerdotes quæ attentio, quodque ſtudium requiratur ad munus Confeſſarii bene ſubeundum, ne in re tam gravi, in quâ tot leges, totque obligationes tum charitatis, tum Juſtitiæ concurrunt, præcipiti, ac inconſiderato judicio Pœnitentes non liberent, & ſe ipſos condemnent, illos non ſolvant, & ſe ipſos miſerè ligent, indigentes poſtmodum ſuis confeſſionibus expiare, quòd in alienis peccarunt; quemadmodum conſiderandum Confeſſariis proponebat S. Franciſcus Xaverius dum eos monebat *ut præoptarent confeſſiones paucas ritè factas audire, quam multas temerè properatas*. Turſellin. in ejus vitâ apud *R. P. Claud. la Croix ad Buſemb. lib. 6. par. 2. cap. 2. dub. 5. num.* 1720.

ADDITIONUM
AD SECUNDAM
SYNODUM
PARS SECUNDA

Continens varias Conſtitutiones Apoſtolicas, Declarationes, ac Literas Sacrarum Congregationum ad ſingula Capita pertinentes, & ſecundum ordinem illorum primæ Synodi diſtributas.

AD CAP. I.

De Fidei cultu, & Profeſſione.

L*iteræ in formâ Brevis, quibus Innocentius VI. Pont. Max. partem Tabulæ Lapideæ, quam D. Petrus dicitur impoſuiſſe Altari pereum erecto in Eccleſiâ ad Gradus Maris ab ipſo pariter prope Piſas fundatâ, precibus Caroli IV. Imperatoris conſecravit, ſpecialibuſque privilegiis, ac gratiis decoravit, quarum mentio fit in hoc cap. de Fidei cultu, & profeſſione, & Originale authenticum aſſervatur apud Decanum Eccleſiæ Wiſſebradenſis.*

INNO-

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Universis Christi fidelibus, præsentes inspecturis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

SPlendor æternæ gloriæ, qui suâ Mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementissimâ ipsius Maiestate Sperantium, tunc præcipuè benigno favore prosequitur, quum devota ipsorum humilitas Sanctorum meritis, & precibus, adiuvatur. Nuper siquidem Charissimus in Christo Filius Carolus Imperator semper Augustus Nobis significari curavit, quod quum ipse noviter Pisis existens, Ecclesiam Sancti Petri ad Gradus, propè Pisas, ad quam ex illis partibus, in certis festivitatibus, & nonnullis aliis temporibus, maxima confluit Populi multitudo, personaliter visitaret, tam ex vulgaris assertionis formâ, quàm per quoddam scriptum sub titulo Prologi Sancti Isidori de Beato Petro Apostolo, sigillatim denominatum, ibidemquè repertum, percepit, quod ipse Beatus Petrus Apostolorum Princeps, post fundatam per eum sub Claudio Cæsare, Antiochensem Eccesiam, versus Urbem Romanam se trasferens, Pisas applicuit, & ibi circa sex mensium spatium permanens, prædictam Ecclesiam, ad Gradus ibi vicini tunc Maris, prope flumen Arni, fundavit, atque construxit, ac in quodam Altari, in medio ipsius Ecclesiæ per eum primo, post ejus transitum citra Mare, fundato, sæpius Missarum solemnia celebravit; quòdque postmodum ad Martirii gloriam in dicta Urbe perveniens, Ecclesiam ipsam, quam ad præfatos Gradus fundaverat, Discipulorum suorum curæ, ut eam crebris visitarent obsequiis, fideliter commendavit; & demum quum Regni cælestis, cujus claves in terris accepit à Domino, januam felix Janitor esset ingressus, Beatus Clemens Papa, eidem Petro in Apostolatu succedens, Ecclesiam ipsam in ipsius Beati Petri honore, & nomine, dedicavit. Propter quod dictus Imperator certam partem lapidis, seu lapideæ tabulæ, quam idem primus Christi Vicarius eidem Altari imposuisse dicitur, per Venarabilem Fratrem nostrum Joannem Pisensem Archiepiscopum, obtinuit sibi dari,

dari, ipſamque partem Nobis, per dilectum Filium Siffridum Cuſtodem Wiſſehradenſis Eccleſiæ Cappellanum ſuum, tranſmiſit, humiliter ſupplicando, ut partem ipſam, quam prædictæ Eccleſiæ Wiſſehradenſi, ſub honore, & vocabulo ipſius Santi Petri fundatæ, & Eccleſiæ Romanæ immediatè ſubiectæ, donare propoſuit, ut ibidem in uno Altari ejuſdem Wiſſehradenſis Eccleſiæ ſolemniter collocetur, cum nonnullarum ipſius Sancti Petri, & aliorum Sanctorum Reliquiarum impoſitione conſecrare, ipſamque ſpecialibus privilegiis, & gratiis decorare, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos itaque hodiè lapidem, Nobis, ut prefertur, tranſmiſſum, ad Divini Nominis, dictique Apoſtolorum Principis laudem, & gloriam conſecramus, nonnullas ipſius Sancti Petri, & aliorum Sanctorum, eidem Lapidi Reliquias imponendo, eum nonullis etiam Indulgentiis duximus honorandum. Cupientes autem, quod lapis ille, per Nos, ut præmittitur, conſecratus, tanto in majoris devotionis cultu a fidelibus habeatur, quanto celebrior fuerit uſus ejus, præfati Imperatoris ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica diſtrictiùs inhibemus, atque ſtatuimus, ut nullus omnino deinceps, niſi dumtaxat Pontifex, ſeu Præſul uſum Pallii, & poteſtatem cum Pallio celebrandi, canonicè obtinens, in dicto lapide, per Nos, ut præmittitur, conſecrato, ſeu in Altari, ubi lapis ipſe locatus exiſtit, audeat, vel præſumat, in perpetuum, Miſſarum ſolemnia celebrare. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Noſtræ inhibitionis, & ſtatuti infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Cupienteſquè quod lapis ipſe per Nos conſecratus, & Altare, in quo in dictâ Eccleſiâ locatus extiterit, congruis honoribus frequentur, & quod Chriſti fideles eò libentius, causâ devotionis, ad Altare ipſum confluant, quò ibidem donis cæleſtis gratiæ uberiùs conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordiâ, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè pænitentibus, & confeſſis, qui dictum lapidem per Nos conſecratum, ſeu Altare in quo locatus fuerit, ut prætertur, in Anniverſario Conſecrationis hujuſmodi per Nos factæ de illo, viſitaverint, annuatim tres annos, & tres quadragenas, illi verò, qui quandocunque Pontificem in dicto Alta-

Altari Missarum solemnia celebrare contigerit, in celebratione, seu in Ecclesiâ Wissehradensi prædictâ, præsentes extiterint, unum annum, & quadraginta dies de injunctis ejus pænitentiis, singulis videlicèt diebus, quibus lapidem, seu Altare ipsum in eodem Anniversario visitaverint, & quibus in prædictâ celebratione, seu Ecclesiâ Wissehradensi ipsius celebrationis tempore præsentes fuerint, ut præfertur misericorditer relaxamus. Datum Avenioni, octavo Idus Maii, Pontificatus Nostri Anno Tertio. &c.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
D. CLEMENTIS
DIVINA PROVIDENTIA
PAPÆ XI.

Damnatio quamplurium Propositionum excerptarum ex Libro, Gallico idiomate impresso, & in plures distributo, sub titulo: *Le nouveau Testament en François, avec des reflexions morales sur chaque verset &c. A Paris* 1699. Ac aliter: *Abregè de la morale de l' Evangile, des Actes des Apòtres, des Epìtres de S. Paul, des Epìtres Canoniques, & de l' Apocalypse*, ou *Pensees Chretiennes sur le Texte de ces Livres Sacrez &c. A Paris* 1693. *&* 1694.

Cum prohibitione ejusdem Libri, & aliorum quorumcunque in ejus defensionem tam hactenus editorum, quàm in posterum edendorum.

CLE-

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Universis Christi fidelibus salutem, & Apostolicam Benedictionem.

UNigenitus Dei Filius pro nostra, & totius Mundi salute Filius hominis factus, dum Discipulos suos doctrinâ veritatis instrueret, universamque Ecclesiam suam in Apostolis erudiret, præsentia disponens, & futura prospiciens, præclaro, ac saluberrimo documento nos admonuit, ut attenderemus à falsis Prophetis, qui veniunt ad nos in vestimentis ovium; quorum nomine potissimùm demonstrantur Magistri illi mendaces, & in deceptione illusores, qui splendidâ pietatis specie prava dogmata latenter insinuantes, introducunt sectas perditionis sub imagine sanctitatis; utque faciliùs incautis obrèpant, quasi deponentes lupinam pellem, & sese Divinæ Legis sententiis velut quibusdam ovium velleribus obvolventes, Sanctarum Scripturarum, adeòque etiam ipsius Novi Testamenti verbis, quæ multipliciter in suam, aliorumque perditionem depravant, nequiter abutuntur; antiqui scilicet, à quo progeniti sunt, mandacii Parentis exemplo, ac magisterio edocti, nullam omnino esse ad fallendum expeditiorem viam, quàm ut ubi nefarii erroris subintroducitur fraudulentia, ibi divinorum verborum prætendatur authoritas.

His Nos verè divinis monitis instructi, ubi primùm, non sinè intimâ cordis nostri amaritudine, accepimus, Librum quemdam Gallico idiomate olim impressum, & in plures Tomos distributum, sub titulo: *Le Nouveau Testament en François, avec des reflexions morales sur chaque verset &c. A Paris* 1699. Aliter verò: *Abregè de la morale de l' Evangile, des Actes des Apôtres, des Epîtres de S. Paul, des Epîtres Canoniques, & de l' Apocalypse*, ou *Pensees Chretiennes sur le Texte des ces Livres Sacrez &c. A Paris* 1693. & 1694. tametsi aliàs à Nobis damnatum, ac reverâ Catholicis veritatibus pravarum doctrinarum mendacia multifariàm permiscentē, adhuc tamen tamquā ab omni errore immunē à pluribus haberi, Christi fidelium manibus passim obtrudi, ac nonnullorum

nova ſemper tentantium conſilio, & operâ ſtudioſè nimis quaquaversùm diſſeminari, etiam Latinè redditum, ut pernicioſæ inſtitutionis contagium, ſi fieri poſſit, pertranſeat de gente in gentem, & de Regno ad populum alterum: verſutis hujuſmodi ſeductionibus, atque fallaciis creditum Nobis Dominicùm Gregem in viam perditionis ſenſim abduci ſummopere doluimus: adeòque Paſtoralis non minùs curæ noſtræ ſtimulis, quàm frequentibus Orthodoxæ Fidei Zelatorum querelis, maximè verò complurium Venerabiliũ Fratrũ, præſertim Galliæ, Epiſcoporũ literis, ac precibus excitati gliſcenti morbo, qui etiam aliquando poſſet in deteriora quæque proruere, validiori aliquo remedio obviàm ire decrevimus.

Et quidem ad ipſam ingruentis mali cauſam providæ noſtræ conſiderationis intuitum convertentes, perſpicuè novimus ſummam hujuſmodi Libri perniciem ideo potiſſimùm progredi, & invaleſcere, quòd eadem intus lateat, & velut improba ſanies, nonniſi ſecto ulcere foràs erumpat; cùm Liber ipſe primo aſpectu legentes ſpecie quadam pietatis illiciat; molliti enim ſunt ſermones ejus ſuper oleum: ſed ipſi ſunt jacula, & quidem intento arcu ità ad nocendum parata, ut ſagittent in obſcuro rectos corde. Nihil propterea opportunius, aut ſalubrius præſtari à Nobis poſſe arbitrati ſumus, quàm ſi fallacem Libri doctrinam generatim ſolummodo à Nobis hactenus indicatam, pluribus ſingillatim ex eo excerptis Propoſitionibus, diſtinctiùs, & apertiùs explicaremus, atque univerſis Chriſti fidelibus noxia zizaniorum ſemina è medio tritici, quo tegebantur, educta, velut ob oculos exponeremus. Ità nimirum denudatis, & quaſi in propatulo poſitis, non uno quidem, aut altero, ſed plurimis, graviſſimiſque, tum pridem damnatis, tum etiam novè adinventis erroribus, planè confidimus, benedicente Domino, fore ùt omnes tandem apertæ jam, manifeſtæque veritati cedere compellantur.

Id ipſum maximè è re Catholica futurum, & ſedandis præſertim in florentiſſimo Galliæ Regno exortis ingeniorum variè opinantium, jamque in acerbiores ſciſſuras protendentium diſſidiis apprimè proficuum: Conſcientiarum denique tranquillitati perutile, & propemodum neceſſarium, non modò præfati Epiſcopi, ſed & ipſe in primis Chariſſimus in Chriſto Filius noſter Ludovicus Francorum Rex Chriſtianiſſimus, cujus eximium in tuen-

tuendâ Catholicæ Fidei puritate, extirpandisque erroribus zelum satìs laudare non possumus, sæpiùs Nobis est contestatus; repetitis propterea verè piis, & Christianissimo Rege dignis officiis, atque ardentibus votis à Nobis efflagitans, ut instanti animarum necessitati prolatâ quantociùs Apostolici censurâ Judicii consuleremus.

Hinc adspirante Domino, ejusque cœlesti ope confisi, salutare opus sedulò, diligenterque, ut rei magnitudo postulabat, aggressi sumus; ac plurimas ex prædicto Libro, juxta supra recensitas respectivè editiones, fideliter extractas, & tum Gallico, tum Latino idiomate expressas Propositiones à compluribus in Sacrâ Theologiâ Magistris, primò quidem coram duobus ex Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus accuratè discuti: deinde verò coram Nobis, adhibito etiam aliorum plurium Cardinalium consilio, quàm maximâ diligentiâ, ac maturitate, singularum insuper Propositionum cum ipsomet Libri textu exactissimè factâ collatione, pluries iteratis Congregationibus, expendi, & examinari mandavimus. Hujusmodi autem Propositiones sunt, quæ sequuntur, videlicet:

1. *QUid aliud remanet animæ, quæ Deum, atque ipsius gratiam amisit, nisi peccatum, & peccati consecutiones, superba paupertas, & segnis indigentia, hoc est generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum?*
2. *Jesu Christi gratia, principium efficax boni cujuscunque generis, necessaria est ad omne opus bonum; absque illâ, non solùm nihil fit, sed nec fieri potest.*
3. *In vanum, Domine, præcipis, si tu ipse non das quod præcipis.*
4. *Ità Domine: Omnia possibilia sunt ei, cui omnia possibilia facis, eadem operando in illo.*
5. *Quando Deus non emollit cor per interiorem unctionem gratiæ suæ, exhortationes, & gratiæ exteriores non inserviunt, nisi ad illud magis obdurandum.*
6. *Discrimen inter fœdus Judaicum, & Christianum est, quòd in illo Deus exigit fugam peccati, & implementum legis à peccatore, relinquendo illum in suâ impotentiâ: in isto verò Deus peccatori dat, quod jubet, illum suâ gratiâ purificando.*
7. *Quæ utilitas pro homine in veteri fœdere, in quo Deus illum re-*

liquit ejus propriæ infirmitati, imponendo ipsi suam legem? Quæ verò felicitas non est admitti ad Fœdus, in quo Deus nobis donat, quod petit à nobis?

8. *Nos non pertinemus ad novum Fœdus, nisi in quantum participes sumus ipsius novæ gratiæ, quæ operatur in nobis id, quod Deus nobis præcipit.*
9. *Gratia Christi est gratia suprema, sinè qua confiteri Christum nunquam possumus, & cum qua nunquam illum abnegamus.*
10. *Gratia est operatio manus Omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare.*
11. *Gratia non est aliud, quàm voluntas Omnipotentis Dei, jubentis, & facientis, quod jubet.*
12. *Quando Deus vult salvare animam, quocunque tempore, quocunque loco effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei.*
13. *Quando Deus vult animam salvam facere, & eam tangit interiori gratiæ suæ manu, nulla voluntas humana ei resistit.*
14. *Quantumcunque remotus à salute sit peccator obstinatus, quando Iesus se ei videndum exhibet lumine salutari suæ gratiæ, oportet, ut se dedat, accurrat, sese humiliet, & adoret Salvatorem suum.*
15. *Quando Deus mandatum suum, & suam externam locutionem comitatur unctione sui Spiritus, & interiori vi gratiæ suæ, operatur illa in corde obedientiam, quam petit.*
16. *Nulle sunt illecebræ, quæ non cedant illecebris gratiæ, quia nihil resistit Omnipotenti.*
17. *Gratia est vox illa Patris, quæ homines interiùs docet, ac eos venire facit ad Iesum Christum: quicunque ad eum non venit, postquam audivit vocem exteriorem Filii, nullatenus est doctus à Patre.*
18. *Semen Verbi, quod manus Dei irrigat, semper affert fructum suum.*
19. *Dei gratia nihil aliud est, quàm ejus omnipotens voluntas: hæc est idea, quam Deus ipse nobis tradit in omnibus suis Scripturis.*
20. *Vera gratiæ idea est, quòd Deus vult sibi à nobis obediri, & obeditur; imperat, & omnia fiunt; loquitur tanquam Dominus, & omnia sibi submissa sunt.*
21. *Gratia Iesu Christi est gratia fortis, potens, suprema, invincibilis, utpote quæ est operatio voluntatis Omnipotentis, sequela, & imitatio operationis Dei incarnantis, & resuscitantis Filium suum.*

Concor-

22. *Concordia omnipotentis operationis Dei in corde hominis cum libero ipsius voluntatis consensu demonstratur illico nobis in Incarnatione, veluti in fonte, atque Archetypo omnium aliarum operationum misericordiæ, & gratiæ; quæ omnes ità gratuitæ, atque ità dependentes à Deo sunt, sicut ipsa originalis operatio.*

23. *Deus ipse nobis ideam tradidit omnipotentis operationis suæ gratiæ, eam significans per illam, qua Creaturas è nibilo producit, & mortuis reddit vitam.*

24. *Justa idea, quam Centurio habet de Omnipotentia Dei, & Iesu Christi in sanandis corporibus solo motu suæ voluntatis, est imago ideæ, quæ haberi debet de omnipotentia suæ gratiæ in sanandis animabus à cupiditate.*

25. *Deus illuminat animam, & eam sanat æquè ac corpus solâ suâ voluntate; jubet, & ipsi obtemperatur.*

26. *Nullæ dantur gratiæ, nisi per Fidem.*

27. *Fides est prima gratia, & fons omnium aliarum.*

28. *Prima gratia, quam Deus concedit Peccatori, est peccatorũ remissio.*

29. *Extra Ecclesiam nulla conceditur gratia.*

30. *Omnes, quos Deus vult salvare per Christũ, salvantur infallibiliter.*

31. *Desideria Christi semper habent suum effectum; pacem intimo cordium infert, quando eis illam optat.*

32. *Jesus Christus se morti tradidit ad liberandum pro semper suo sanguine Primogenitos, idest Electos, de manu Angeli exterminatoris.*

33. *Proh quantum oportet bonis terrenis, & sibimetipsi renunciasse, ad hoc, ut quis fiduciam habeat sibi, ut ita dicam, appropriandi Christum Iesum, ejus amorem, mortem, & mysteria, ut facit Sanctus Paulus, dicens:* Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

34. *Gratia Adami non producebat, nisi merita humana.*

35. *Gratia Adami est sequela creationis, & erat debita naturæ sanæ, & integræ.*

36. *Differentia essentialis inter gratiam Adami, & statùs innocentiæ, ac gratiam Christianam est; quòd primam unusquisque in propria persona recepisset: ista verò non recipitur, nisi in persona Jesu Christi resuscitati, cui nos uniti sumus.*

37. *Gratia Adami, sanctificando illum in semetipso, erat illi proportionata: Gratia Christiana, nos sanctificando in Iesu Christo, est omnipotens, & digna Filio Dei.*

Pecca-

38. *Peccator non est liber, nisi ad malum, sinè gratiâ Liberatoris.*

39. *Voluntas, quam gratia non prævenit, nihil habet luminis, nisi ad aberrandum; ardoris, nisi ad se præcipitandum; virium, nisi ad se vulnerandum: Est capax omnis mali, & incapax ad omne bonum.*

40. *Sinè gratiâ nihil amare possumus, nisi ad nostram condemnationem.*

41. *Omnis cognitio Dei, etiam naturalis, etiam in Philosophis Ethnicis, non potest venire, nisi à Deo, & sinè gratiâ non producit, nisi præsumptionem, vanitatem, & oppositionem ad ipsum Deum, loco affectuum adorationis, gratitudinis, & amoris.*

42. *Sola gratia Christi reddit hominem aptum ad sacrificium Fidei: sinè hoc nihil, nisi impuritas; nihil, nisi indignitas.*

43. *Primus effectus gratiæ baptismalis est facere, ut moriamur peccato; adeò ut spiritus, cor, sensus non habeant plus vitæ pro peccato, quàm homo mortuus habeat pro rebus mundi.*

44. *Non sunt, nisi duo amores, unde volitiones, & actiones omnes nostræ nascuntur: amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur: & amor, quo nos ipsos, ac mundum diligimus, qui quod ad Deum referendum est, non refert, & propter hoc ipsum fit malus.*

45. *Amore Dei in corde Peccatorum non ampliùs regnante, necesse est, ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque actiones ejus corrumpat.*

46. *Cupiditas, aut Charitas, usum sensuum bonum, vel malum faciunt.*

47. *Obedientia legis profluere debet ex fonte; & hic fons est Charitas. Quando Dei amor est illius principium interius, & Dei gloria ejus finis, tunc purum est, quod apparet exteriùs; aliòquin non est, nisi hypocrisis, aut falsa justitia.*

48. *Quid aliud esse possumus, nisi tenebræ, nisi aberratio, & nisi peccatum, sinè Fidei lumine, sinè Christo, & sinè Charitate?*

49. *Ut nullum peccatum est sinè amore nostri, ita nullum est opus bonum sinè amore Dei.*

50. *Frustrà clamamus ad Deum, Pater mi: si spiritus Charitatis non est ille, qui clamat.*

51. *Fides justificat, quando operatur; sed ipsa non operatur, nisi per Charitatem.*

52. *Omnia alia salutis media continentur in Fide, tanquam in suo germine, et semine; sed hæc Fides non est absque amore, et fiducia.*

Sola

53. *Sola Charitas Christiano modo facit (actiones Christianas) per relationem ad Deum, & Iesum Christum.*

54. *Sola Charitas est, quæ Deo loquitur, eam solam Deus audit.*

55. *Deus non coronat, nisi Charitatem: qui currit ex alio impulsu, & ex alio motivo, in vanum currit.*

56. *Deus non remunerat, nisi Charitatem, quoniam Charitas sola Deum honorat.*

57. *Totum deest Peccatori, quando ei deest Spes, & non est Spes in Deo, ubi non est amor Dei.*

58. *Nec Deus est, nec Religio, ubi non est Charitas.*

59. *Oratio Impiorum est novum peccatum, & quod* Deus *illis concedit, est novum in eos judicium.*

60. *Si solus supplicii timor animat pœnitentiam, quò hæc est magis violenta, eò magis ducit ad desperationem.*

61. *Timor nonnisi manum cohibet, cor autem tandiù peccato addicitur, quandiù ab amore justitiæ non ducitur.*

62. *Qui à malo non abstinet, nisi timore pœnæ, illud committit in corde suo, & jam est reus coram* Deo.

63. *Baptizatus adhuc est sub lege, sicut Judæus, si legem non adimpleat, aut adimpleat ex solo timore.*

64. *Sub maledicto legis nunquam fit bonum, quia peccatur sive faciendo malum, sive illud non nisi ob timorem evitando.*

65. *Moyses, Prophetæ, Sacerdotes, & Doctores Legis mortui sunt, absque eo quòd ullum* Deo *dederint filium, cùm non effecerint nisi mancipia per timorem.*

66. *Qui vult* Deo *appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutalibus passionibus, neque adduci per instinctum naturalem, aut per timorem, sicuti bestiæ, sed per fidem, & per amorem sicuti filii.*

67. *Timor servilis non sibi repræsentat* Deum, *nisi ut* Dominum *durum, imperiosum, injustum, intractabilem.*

68. Dei *Bonitas abbreviavit viam salutis, claudendo totum in Fide, & precibus.*

69. *Fides, usus, augmentum; & præmium Fidei, totum est donum puræ liberalitatis* Dei.

70. *Nunquam* Deus *affligit innocentes; & afflictiones semper serviunt, vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum Peccatorem.*

Homo

85. *Interdicere Christianis lectionem sacræ Scripturæ, præsertim Evangelii, est interdicere usum luminis filiis lucis, & facere, ut patiantur speciem quamdam excommunicationis.*

86. *Eripere simplici Populo hoc solatium jungendi vocem suam voci totius Ecclesiæ, est usus contrarius praxi Apostolicæ, & intentioni Dei.*

87. *Modus plenus sapientiâ, lumine, & charitate, est dare animabus tempus portandi cum humilitate, & sentiendi statum peccati, petendi spiritum pœnitentiæ, & contritionis, & incipiendi, ad minùs, satisfacere justitiæ Dei, antequam reconcilientur.*

88. *Ignoramus quid sit peccatum, & vera pœnitentia, quando volumus statim restitui possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoliavit, & detrectamus separationis istius ferre confusionem.*

89. *Quartusdecimus gradus conversionis Peccatoris est, quòd, quum sit jam reconciliatus, habet jus assistendi Sacrificio Ecclesiæ.*

90. *Ecclesia auctoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos Pastores, de consensu, saltem præsumpto, totius corporis.*

91. *Excommunicationis injustæ metus nunquam debet nos impedire ab implendo debito nostro: nunquam eximus ab Ecclesiâ, etiam quando hominum nequitiâ videmur ab eâ expulsi, quando Deo, Jesu Christo, atque ipsi Ecclesiæ per Charitatem affixi sumus.*

92. *Pati potiùs in pace excommunicationem, & anathema injustum, quàm prodere veritatem, est imitari Sanctum Paulum; tantùm abest, ut sit erigere se contra auctoritatem, aut scindere unitatem.*

93. *Jesus quandoque sanat vulnera, quæ præceps primorum Pastorum festinatio infligit sine ipsius mandato; Jesus restituit, quod ipsi inconsiderato zelo rescindunt.*

94. *Nihil pejorem de Ecclesiâ opinionem ingerit ejus inimicis, quàm videre illic dominatum exerceri supra Fidem Fidelium, & foveri divisiones propter res, quæ nec Fidem lædunt, nec mores.*

95. *Veritates eò devenerunt, ut sint lingua quasi peregrina plerisque Christianis: & modus eas prædicandi est veluti idioma incognitum; adeo remotus est a simplicitate Apostolorum, & supra communem captum Fidelium: Neque satis advertitur, quòd hic defectus sit unum ex signis maximè sensibilibus senectutis Ecclesiæ, & iræ Dei in filios suos.*

96. *Deus permittit, ut omnes Potestates sint contrariæ Prædicatoribus veritatis, ut ejus victoria attribui non possit, nisi divinæ gratiæ.*

97. *Nimis sæpe contingit, membra illa, quæ magis sanctè, ac magis strictè unita Ecclesiæ sunt, respici, atque tractari tanquam indigna, ut sint in Ecclesiâ, vel tanquam ab eâ separata: sed Justus vivit ex Fide, & non ex opinione hominum.*

98. *Status persequutionis, & pœnarum, quas quis tolerat, tanquam hæreticus; flagitiosus, & impius, ultima plerunque probatio est, & maximè meritoria, utpote quæ facit hominem magis conformem Jesu Christo.*

99. *Pervicacia, præventio, obstinatio in nolendo, aut aliquid examinare, aut agnoscere se fuisse deceptum, mutant quotidie quoad multos in odorem mortis id, quod Deus in suâ Ecclesiâ posuit, ut in eâ esset odor vitæ, v. g. bonos libros, instructiones, sancta exempla, &c.*

100. *Tempus deplorabile, quo creditur honorari Deus, persequendo veritatem, ejusque discipulos! Tempus hoc advênit . . . . . . Haberi, & tractari à Religionis Ministris, tanquam impium, & indignum omni commercio cum Deo, tanquam membrum putridum, capax corrumpendi omnia in societate Sanctorum, est hominibus piis morte corporis mors terribilior. Frustra quis sibi blanditur de suarum intentionum puritate, & zelo quodam Religionis, persequendo flammâ, ferroque viros probos, si propriâ passione est excæcatus, aut abreptus alienâ, propterea quòd nihil vult examinare. Frequenter credimus sacrificare Deo Impium, & sacrificamus Diabolo Dei Servum.*

101. *Nihil Spiritui Dei, & doctrinæ Jesu Christi magis opponitur, quàm communia facere juramenta in Ecclesiâ; quia hoc est multiplicare occasiones pejerandi, laqueos tendere infirmis, & idiotis, & efficere, ut nomen, & veritas Dei aliquando deserviant consilio impiorum.*

Auditis itaque tum voce, tum scripto Nobis exhibitis præfatorum Cardinalium, aliorumque Theologorum suffragiis, Divinique in primis Luminis, privatis ad eum finem, publicisque etiam indictis precibus, implorato præsidio, omnes, & singulas Propositiones præinsertas, tanquam falsas, captiosas, malè sonantes, piarum aurium offensivas, scandalosas, perniciosas, temerarias, Ecclesiæ, & ejus praxi injuriosas, neque in Ecclesiam solùm, sed etiam in Potestates sæculi contumeliosas, seditiosas, impias, blasphe-

fphemas, fufpectas de hærefi, ac hærefim ipfam fapientes, nec non hæreticis, & hærefibus, ac etiam fchifmati faventes, erroneas, hærefi proximas, pluries damnatas, ac demum etiam hæreticas, variafque hærefes, & potiffimùm illas, quæ in famofis Janfenii propofitionibus, & quidem in eo fenfu, in quo hæ damnatæ fuerunt, acceptis, continentur, manifeftè innovantes, refpectivè, hâc noftrâ perpetuò valiturâ Conftitutione declaramus, damnamus, & reprobamus.

Mandantes omnibus utriufque fexus Chrifti fidelibus, ne de dictis Propofitionibus fentire, docere, prædicare aliter præfumant, quàm in hâc eâdem Noftrâ Conftitutione continetur; ita ut quicunque illas, vel illarum aliquam conjunctim, vel divifim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis, etiam difputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nifi forfan impugnando, Ecclefiafticis Cenfuris, aliifque contra fimilia perpetrantes à Jure ftatutis pœnis ipfo facto, abfque aliâ declaratione fubjaceat.

Cæterùm per expreffam præfatarum Propofitionum reprobationem alia in eodem Libro contenta nullatenus approbare intendimus; quum præfertim in decurfu examinis complures alias in eo deprehenderimus propofitiones, illis, quæ, ut fupra, damnatæ fuerunt, confimiles, & affines, iifdemque erroribus imbutas: nec fanè paucas fub imaginario quodam, veluti graffantis hodie perfequutionis obtentu, inobedientiam, & pervicaciam nutrientes, eafque falfo Chriftianæ patientiæ nomine prædicantes; quas propterea fingulatim recenfere, & nimis longum effe duximus, & minimè neceffarium; ac demum, quod intolerabilius eft, Sacrum ipfum Novi Teftamenti Textum damnabiliter vitiatum comperimus, & alteri dudum reprobatæ verfioni Gallicæ Montenfi in multis conformem: à vulgatâ verò editione, quæ tot fæculorum ufu in Ecclefiâ probata eft, atque ab Orthodoxis omnibus pro authenticâ haberi debet, multipliciter difcrepantem, & aberrantem, pluriefque in alienos, exoticos, ac fæpe noxios fenfus, non finè maximâ perverfitate detortum.

Eundem propterea Librum, utpote per dulces fermones, & benedictiones, ut Apoftolus loquitur, hoc eft, fub falsâ piæ inftitutionis imagine, feducendis innocentium cordibus longè accommodatum, five præmiffis, five alio quovis titulo infcriptum, ubicunque, & quocunque alio idiomate, feu quavis editione, aut

 verfio-

versione hactenus impressum, aut in posterum (quod absit) imprimendum, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium iterum prohibemus, ac similiter damnamus; quemadmodum etiam alios omnes, & singulos in ejus defensionem tam scriptò, quàm typis editos, seu forsan (quod Deus avertat) edendos libros, seu libellos, eorumque lectionem, descriptionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christifidelibus sub pœnâ excommunicationis per contrafacientes ipso facto incurrendâ, prohibemus pariter, & interdicimus.

Præcipimus insuper Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis; nec non hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ut contradictores, & rebelles quoscunque per Censuras, & pœnas præfatas, aliaque Juris, & facti remedia, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, omnino coërceant, & compellant.

Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, & interdictionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Maria Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo decimo tertio, Sexto Idus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

I. Card. Trodatarius.

F. Oliverius.

Visa de Curiâ L. Sergardus.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretariâ Brevium.

L. Martinettus.

Anno

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo tertio, Indictione sextâ, die verò decimâ Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri, Domini Clementis Divinâ providentiâ Papæ XI. Anno decimo tertio supradictæ Literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ Generalis in Monte Citatorio, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Romulatium Apostolicum Cursorem.

Antonius Placentinus Magister Cursorum.

PROFESSIO ORTHODOXÆ FIDEI

A Græcis Emittenda.

SAnctissimus D. N. D. Gregorius, &c.

Ego N. firmâ Fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet.

Forma professionis Fidei.

§. 1. Credo in unum Deum, Patrem Omnipotentem, Factorem cœli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum JESUM Christum, Filium DEI unigenitum. Et ex patre natum ante omnia sæcula. DEUM de DEO, lumen de lumine. DEUM verum de DEO vero. Genitum non factum consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis. Et incarnatus est de Spiritu S. ex MARIA Virgine: & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertiâ die secundum Scripturas. Et ascendit in Cœlum, sedet ad dextram Patris. Et iterum venturus est cum gloriâ judicare vivos, & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum

Patre,

Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Artic. 2. §. 2. Credo etiam, suscipio, atque profiteor ea omnia, quæ sacra œcumenica Synodus Florentina super unione Occidentalis, & Orientalis Ecclesiæ definivit, & declaravit, videlicet quod Spiritus Sanctus à Patre, & Filio æternaliter est, & essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul, & Filio, & ex utroque æternaliter, tanquam ab uno principio, & unicâ Spiratione procedit. Quum id, quod Sancti Doctores, & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendat, ut per hoc significetur Filium quoque esse, secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos verò, principium subsistentiæ Spiritus sancti, sicut & Patrem. Cumque omnia, quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dederit, præter esse Patrem, hoc ipsum, quòd Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre æternaliter habet, à quo æternaliter etiam genitus est. Illamque verborum illorum, Filioque, explicationem, veritatis declarandæ gratiæ, & imminente tunc necessitate, licitè, ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

Artic. 3. §. 3. Item in azymo, sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici; Sacerdotesque in altero ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ, sive Occidentalis, sive Orientalis consuetudinem.

Artic. 4. §. 4. Item si verè pœnitentes in DEI charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint, & omissis, eorum animas pœnis Purgatorii post mortem purgari, & ut a pœnis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ instituta. Illorumque animas, qui post

Bapti-

Baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperiùs dictum eſt, ſunt purgatæ, in Cœlum mox recipi, & intueri clarè ipſum DEUM Trinum, & Unum ſicuti eſt, meritorum tamen diverſitate alium alio perfectiùs. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in Infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.

§. 5. Item Sanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in univerſum Orbem tenere Primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem Beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ Caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſtere, & ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi univerſalem Eccleſiam a Domino noſtro JESU Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in actis œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris Canonibus continetur. Artic. 5.

§. 6. Inſuper profiteor, ac recipio alia omnia, quæ ex Decretis ſacræ œcumenicæ Generalis Synodi Tridentinæ Sacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia, etiam ultra contenta in ſupradicto fidei Symbolo, profitenda, ac recipienda propoſuit, atque præſcripſit, ut ſequitur. Artic. 6

§. 7. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ obſervationes, & Conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Artic. 7.

§. 8. Item ſacram Scripturam juxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto; nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Artic. 8.

§. 9. Profiteor quoque ſeptem eſſe, verè, & propriè Sacramenta novæ Legis à JESU Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licèt non omnia, ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gratiam conferre, & ex Artic. 9.

his

his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sinè sacrilegio reiterari non posse.

Artic. 10. §. 10. Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione, recipio, & admitto.

Artic. 11. §. 11. Omnia, & singula, quæ de peccato Originali, & de Justificatione in Sacrosanctâ Tridentinâ Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Artic. 12. §. 12. Profiteor pariter in Missâ offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis, & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguinem, unà cum animâ, & divinitate D. N JESU Christi, fierique conversionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia Transsubstantiationem appellat.

Artic. 13. § 13. Fateor etiam sub alterâ tantum specie, totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi.

Artic. 14 §. 14. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter, & Sanctos unà cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas.

Artic. 15. §. 15. Firmissimè assero Imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam.

Artic. 16. §. 16. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesiâ relictam fuisse, illarumque usum Christiano Populo maximè salutarem esse affirmo.

Artic. 17. §. 17. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnosco; Romanoque Pontifici, Beati Petri Apost. Principis successori, ac JESU Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro.

Artic. 18. § 18. Cætera item omnia à sacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipuè à Sacrosanctâ Tridentinâ Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio

atque

atque profiteor, simulque contraria omnia, & schismata, atque hæreses quascumque ab Ecclesiâ damnatas, rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, anathematizo, & abjuro.

§. 19. Hanc veram, Catholicam Fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inviolatam usque ad extremum vitæ spiritum, constantissimè Deo adjuvante, retinere, & confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantùm in me erit, curaturum, Ego idem N. Spondeo. Iterata sponsio.

§. 20. Voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Juramentum.

PROFESSIO ORTHODOXÆ FIDEI

Ab Orientalibus facienda.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

1. EGo firmà Fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum, Patrem Omnipotentem, Factorem Cœli, & Terræ, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis. Et Incarnatus est de Spiritu Sancto ex MARIA Virgine, & Homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertiâ die secundùm Scripturas. Et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris.

 Et ite-

Et iterum venturus eſt cum gloriâ judicare vivos, & mortuos, cujus Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi fæculi, Amen.

2. Veneror etiam, & ſuſcipio univerſales Synodos, prout ſequitur, videlicet:

Nicænam Primam, & profiteor quod in eâ contra Arium damnatæ memoriæ definitum eſt: Dominum Jeſum Chriſtum eſſe Filium Dei, ex Patre natum, unigenitum, ideſt, ex ſubſtantiâ Patris, natum, non factum, conſubſtantialem Patri: atque impias illas voces rectè in eâdem Synodo damnatas eſſe: quòd aliquando non fuerit, aut quòd factus ſit ex iis, quæ non ſunt, aut ex aliâ ſubſtantiâ, vel eſſentiâ, aut quòd ſit mutabilis, vel convertibilis Filius Dei.

Synod. Nicæna in Symb.

3. Conſtantinopolitanam Primam, Secundam in ordine, & profiteor quòd in eâ contra Macedonium damnatæ memoriæ definitum eſt: Spiritum Sanctum non eſſe ſervum, ſed Dominum, non creaturam, ſed Deum, ac unam habentem cum Patre, & Filio Deitatem.

Synod. Conſtantinop 1. in Symb. & can. 5.

4. Epheſinam Primam, Tertiam in ordine, & profiteor, quòd in eâ contra Neſtorium damnatæ memoriæ definitum eſt, Divinitatem, & Humanitatem ineffabili, & incomprehenſibili unione in unâ perſonâ Filii Dei, unum nobis Jeſum Chriſtum conſtituiſſe, eâque de causâ Beatiſſimam VIRGINEM verè eſſe Dei Genitricem.

Epiſt. 8. Cyrilli lecta, & approbata in Synod. Eph. par. 2. act. 1.

5. Chalcedonenſem, Quartam in ordine, & profiteor, quòd in eâ contra Eutychem, & Dioſcorum, ambos damnatæ memoriæ definitum eſt: Unum, eundemque Filium Dei, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum perfectum eſſe in Deitate, & perfectum in humanitate, Deum verum, & Hominem verum ex animâ rationali, & corpore: conſubſtantialem Patri ſecundùm Deitatem, & eundem

Definitio Syn. Chalced. act. 5. al 6. quæ repetita, habetur in Decr. Côc. Florent. pro Armenis.

dem consubstantialem nobis secundùm humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato: ante sæcula quidem de Patre genitum secundùm Deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos, & propter nostram salutem ex MARIA VIRGINE DEI Genitrice secundùm humanitatem: unum, eundemque Christum Filium Dominum unigenitum, in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indivisè, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublatâ differentiâ naturarum propter unitionem, magisque salvâ proprietate utriusque naturæ, & in unam personam, atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum, aut divisum, sed unum, eundemque Filium, & Unigenitum, Deum, Verbum, Dominum Jesum Christum.

6. Item ejusdem Domini Nostri Jesu Christi Divinitatem, secundùm quam consubstantialis est Patri, & Spiritui Sancto, impassibilem esse, & immortalem: eundem autem crucifixum, & mortuum tantummodo secundùm carnem, ut pariter definitum est in dictâ Synodo, & in Epistolâ S. Leonis Romani Pontificis, cujus ore B. Petrum Apostolum loquutum esse, Patres in eâdem Synodo acclamaverunt: per quam definitionem damnatur impia hæresis illorum, qui Trisagio ab Angelis tradito, & in præfatâ Chalcedonensi Synodo decantato, Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis miserere nobis, addebant: Qui crucifixus es pro nobis, aut aliquid aliud; atque adeò Divinam Naturam trium Personarum passibilem asserebant, & mortalem.

Synod. Chalc. act. 1. 2. & 5. Leo Papa ep. 10. Felix PP. ep. 3. et 4. Nicol. Papa ep. 7.

Synod. 5. coll. 6. & coll. 8. in anath. Conc Florent in decr. pro Iacobitis.

7. Constantinopolitanam Secundam, Quintam in ordine, in quâ præfatæ Chalcedonensis Synodi definitio renovata est.

8. Constantinopolitanam Tertiam, Sextam in ordine, & profiteor quòd in eâ contra Monothelitas definitum est: In uno, eodemque Domino Nostro Jesu Christo duas esse naturales voluntates, & duas naturales operationes indivisè, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfusè, & humanam ejus voluntatem non contrariam, sed subiectam Divinæ ejus, atque omnipotenti voluntati.

Synod 6. act 18. Conc. Floren in decr. p o Armenis.

Synod. 7. act. 7. Cōcil. Trid. seff. 25. de invoc. Sanct.

9. Nicænam Secundam, Septimam in ordine, & profiteor quòd in eâ contra Iconoclastas definitum est: Imagines CHRISTI, ac DEIPARAE VIRGINIS, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam.

Synod. 8. præfertim act. 7.

10. Constantinopolitanam Quartam, Octavam in ordine, & profiteor in eâ Photium meritò fuisse damnatum, & Sanctum Ignatium Patriarcham restitutum.

11. Veneror etiam, & suscipio omnes alias Universales Synodos auctoritate Romani Pontificis legitimè celebratas, & confirmatas, & præsertim Florentinam Synodum, & profiteor quæ in eâ definita sunt, videlicet:

Conc. Florent. in Definit.

12. Quòd Spiritus Sanctus ex Patre, & Filio æternaliter est, & essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul, & Filio, & ex utroque æternaliter, tanquam ab uno principio, & unicâ spiratione procedit.

Ibidem.

13. Item dictionem illam (Filioque) veritatis declarandæ gratiâ, & imminente necessitate, licitè, ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

Ibidem.

14. Item in azymo, sivè fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesq; in altero ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ, sivè Occidentalis, sivè Orientalis consuetudinem. Suscipio etiam aquam in Missæ Sacrificio cum universali Ecclesiâ Christi.

Ibidem.

15. Item si verè pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint, & omissis, eorum animas pœnis Purgatorii post mortem purgari, & ut à pœnis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundùm Ecclesiæ instituta: illorumque animas, qui post Baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ, sunt purgatæ, in Cœlum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum, Trinum, & Unum, sicuti est, meritorum tamen diversi-

versi-

versitate, alium alio perfectiùs; illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in Infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas.

16. Item sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in universum Orbem tenere Primatum, & ipsum Pontificem Romanum Successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ Caput, & omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem existere, & ipsi in B. Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam à Domino Nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam, ut eadem Florentina Synodus asserit, in gestis œcumenicorum Conciliorum, & in Sacris Canonibus continetur.

Ibidem.

17. Item legalia Veteris Testamenti, seù Mosaicæ legis, cæremonias, Sacra, Sacrificia, & Sacramenta, Domino Nostro Jesu Christo adveniente cessasse, & post promulgatum Evangelium, sine peccato observari non posse. Ejusdem etiam Legis Veteris ciborum mundorum, & immundorum differentiam ad cæremonialia pertinere, quæ, surgente Evangelio, transierunt.

Conc. Florent. in Decr pro Iacobitis.

18. Illam etiam Apostolorum prohibitionem, ab immolatis simulachrorum, & Sanguine, & suffocato, illi tempori congruisse, ut inter Judæos, & Gentiles dissensionis materia tolleretur, cujus Apostolicæ prohibitionis causâ cessante, etiam cessavit effectus.

Ibidem.

19. Pariter veneror, & suscipio Tridentinam Synodum, & profiteor, quæ in eâ definita, & declarata sunt, & præsertim offerri Deo in Missâ verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis, & defunctis; atque in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento (juxta fidem, quæ semper in Ecclesiâ Dei fuit) contineri verè, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguinem, unâ cum Animâ, & Divinitate Domini Nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum, fierique conversionem totius substantiæ Panis in Corpus, & totius substantiæ Vini in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia aptissimè transsubstantia-

Concil. Trid. sess. 22. de Sacrif. Miss. Canon. 1. 2. & 3.

Sess. 13. de Euchar. cap 3 & can. 1. & 2.

tionem

Trid. can. 2. & Conc. Flor. in Decr. pro Armenis.

tionem appellat, & sub unâquâque specie, & singulis cujusque speciei partibus separatione factâ, totum Christum contineri.

Sess. 7. de Sacram. can. 1. 4. 9. & 9.

20. Item septem esse Novæ Legis Sacramenta, a Christo Domino nostro instituta, ad salutem humani generis, quamvis non omnia, singulis necessaria, videlicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem iterari non posse.

Sess. 7. can. 4. 5. & 11. & Conc. Flo. in Decr. pro Jacobitis.

21. Item Baptismum esse necessarium ad salutem, ac proinde, si mortis periculum immineat, mox sine ullâ dilatione conferendum esse, & a quocumque, ubicumque, & quandocumque sub debitâ materiâ, formâ, & intentione collatum, esse validum.

Sess 23. de Matrim. can. 5. 7. & 8. & Conc Florent. in Decr. pro Armenis.

22. Item Sacramenti Matrimonii vinculum indissolubile esse, & quamvis propter adulterium, hæresim, aut alias causas possit inter conjuges thori, & cohabitationis separatio fieri, non tamen illis aliud Matrimonium contrahere fas esse.

Cōc. Trid. Sess. 4. in Decr. de can. Scrip.

23. Item Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones suscipiendas esse, & venerandas.

Sess. 25. in Decret. de Judul.

24. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesiâ relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse.

Sess. 5 in Decret. de Peccat. Orig & sess. 6. in Decr. de Justif. & sess. 4. in Decr de Canon. Script.

25. Pariter, quæ de Peccato originali, de Justificatione quæ fit per Dei gratiam simul, & per opera nostra bona, & de sacrorum librorum, tam Veteris, quàm Novi Testamenti Indice, & interpretatione in prædictâ Tridentinâ Synodo definita sunt, suscipio, & profiteor.

26 Cætera item omnia suscipio, & profiteor, quæ recipit, & profitetur Sancta Româ Ecclesia, simulque contraria omnia, & schismata, & hæreses ab eâdem Ecclesiâ damnatas, rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo.

27. Insuper Romano Pontifici, Beati Petri Principis Apostolorum Successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro.

28. Hanc

28. Hanc fidem Catholicæ Ecclesiæ, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inviolatam usque ad extremum vitæ spiritum constantissimè, Deo adiuvante, retinere, & confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in meo munere spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantùm in me erit, curaturum, ego idem.

Conc. Lat. sub Innocen. 3. c. 1.

Spondeo, voveo, & juro. Sic me Deus adiuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

DECRETUM SACRÆ CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE.

De non admittendis Armenis ad Sacramenta sine Testimonialibus emissæ Professionis Fidei.

ILLUSTRISSIMO, E REVERENDISSIMO SIGNORE.

1. Sì è risoluto in questa Sacra Congregazione, coll' approvazione di sua Beatitudine, che si proibisca a' Sacerdoti Latini, ed a chi altri bisogna di amministrare i Sacramenti, a quelli Armeni, i quali non giustificheranno in autentica forma d' aver fatta la professìon della Fede. E questa determinazione doverà V. S. premere con i modi, che le suggerirà il proprio zelo, e la propria prudenza di fare puntualmente eseguire ne' Luoghi di codesta sua Nunziatura, con dar poi avviso di quanto averà operato, ed il Signore la feliciti.

Roma 25. Maggio 1669.

Di V. S.

All' Illustrissimo, e Reverendissimo Signore Mosignore Pallavicino Arcivescovo di Efeso Nunzio Apostolico. Firenze

Come Fratello Affezionatissimo
Il Card. Barberino.

Rom

Item ad Archiepiscopum Pisanum.

2. M*Olt' Illustre, e Reverendissimo Monsignore, come Fratello.* E stato altre volte proibito agli Ecclesiastici di codesta sua Diocesi l'amministrare i Santissimi Sacramenti agli Armeni, se prima non giustificano in autentica forma d'aver canonicamente fatta la professione della Fede. E perchè ora s' intende, che tal proibizione non venga più osservata, anzi, che molti Armeni Scismatici colla semplice attestazione d'essersi Confessati in Roma, o altrove, estorta da qualche Confessore, col fingersi d'altri Paesi, e veri Cattolici, ricevono liberamente i Santissimi Sacramenti; Vogliono questi Eminentissimi miei Signori, che V. S. con i mezzi opportuni faccia puntualmente eseguire gli ordini accennati, non solo da ciaschedun Sacerdote Secolare, ma ancora da Regolari, che col pretesto di qualsivoglia privilegio stimassero doversi di loro fare spezial menzione, essendo così mente espressa di Sua Santità. Invigili V. S. in questo affare col la dovuta attenzione, e dia poi avviso di avere eseguito; & il Signore la prosperi.

Roma 4. Febbrajo 1676.

Di V. S.

Al Molto Illustre, e Reverendissimo Monsignore come Fratello, l'Arcivescovo di Pisa.

Come Fratello Affezionatissimo
Il Card. Altieri Prefetto.

DECRE-

Decretum Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.

Habitæ ſub die 8. Martij 1701.

Super conceſſione facultatis ædificandi Eccleſiam Liburni, pro natione Armenâ Catholicâ cum nonnullis conditionibus, inter quas.

III. CHE neſſun Sacerdote poſſa ammetterſi a celebrare in detta Chieſa, ſe prima non averà fatta la profeſſione della Fede, ſecondo la forma già ſtabilita dalla Sacra Congregazione, e non averà ottenuta la licenza dall' Ordinario.

VI. Che non ſi potranno mai ammettere alla partecipazione de' Sacramenti gli Armeni, ſe non averanno prima fatta la profeſſione della Fede, nella forma altre volte preſcritta dalla Sacra Congregazione.

Conſtitutio Sancti Pii V. quâ Sacerdotes Græci probibentur celebrare Miſſas, & alia Divina Officia ritu latino, & è contra, in nov. Bullar. XII.

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

PRovidentia Romani Pontificis plurimùm circumſpecta, nonnunquam ea, quæ certis ſuadentibus cauſis per ejus Prædeceſſores geſta ſunt, ex aliis non minùs rationabilibus cauſis alterat, & ad priſtinum ſtatum reducit, prout æquitas ſuadet, & in Domino conſpicit expedire. Sanè quum ad notitiã noſtram pervenerit, quòd nonnulli Presbyteri, tam Græci, quàm Latini antiquum S. R. E. Ritum, tam in celebratione Miſſarum, quàm aliorum Divinorum Officiorum pervertere ſatagentes, diverſas licentias, & facultates, Miſſas, & alia Divina Officia, Græci Latino more, ac Latini Græco Ritu celebrandi ab Apoſtolicâ Sede, vel ejus Legatis, ac etiam majore Pœnitentiario pro tempore exiſtente, variis prætextibus impetrarunt, illiſque jampridem utuntur; hoc ab antiquo Catholica Eccleſiæ inſtituto, Sanctorumque Patrum decretis deviare conſiderantes:

Proemiũ.

Expoſitio abuſuum.

tes: propterea hunc abusum ab Ecclesiâ Dei extirpare, & submovere volentes, omnes, & singulas licentias, & facultates hujusmodi hactenus, etiam Motu proprio, vel quorumvis, etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, ex quibusvis causis quomodolibet concessas, ac Apostolicas, & alias Literas desuper confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habentes, Apostolicâ auctoritate, ex certâ scientiâ, hac præsenti nostrâ perpetuò, valiturâ Constitutione revocamus, cassamus, annullamus, & irritamus; quibusuis Presbyteris, tam Græcis, quàm Latinis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac perpetuæ suspensionis à Divinis, pœnis districtiùs inhibentes, ne deinceps Presbyteri Græci, præcipuè uxorati, Latino more, & Latini Græco Ritu hujusmodi licentiarum, & facultatum, aut alio quovis prætextu Missas, & alia Divina Officia celebrare, vel celebrari facere præsumant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in Civitatibus, & Diœcesibus propriis præsentes nostras Literas publicari, & sub prædictis, & aliis sibi benè visis pœnis per quoscunque Prælatos, Capitula, Clericos, Fratres, Superiores, & personas quassibet inviolabiliter observari faciant; contradictores quoslibet auctoritate Apostolicâ compescendo. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, & aliorum Locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis, eisdem Ecclesiis, Monasteriis, Domibus, & Locis, illorumque Capitulis, Conventibus, Superioribus, & personis, ac Ordinibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam ad Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, aut eorum contemplatione,

etiam

Revocatio licentiarum hujusmodi.

Pœnæ genus.

Clausula derogatoria.

etiam Motu proprio, ex certâ ſcientiâ, ac aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, illorum tenores pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, illaque, quoad præmiſſa, caſſamus penitus, & annullamus, cæteriſque contrariis, quibuſcumque. Volumus autem quòd præſentes Literæ ad Valvas Beati Petri Apoſtolorum Principis, & Cancellariæ noſtræ, ac in acie Campi Floræ publicentur, & inter Conſtitutiones extravagantes perpetuò valituras conſcribantur. Et quia difficilè foret præſentes ad ſingula quæque Loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quòd earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorſus fides ubicunque adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ revocationis, caſſationis, annullationis, irritationis, mandati, inhibitionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, Tertiodecimo Kalen. Septembris Pontificatus Noſtri Anno primo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumya.

Publicatio harū literarū.

Anno à Nativitate Domini, Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, Indictione nonâ, die verò Veneris, vigeſimâ Menſis Sept. Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pii divinâ providentiâ Papæ V. Anno ejus primo, præſentes ſupraſcriptæ Literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Bartholomæum Sottocaſa, & Jo. Andream Rogerium, prefati Sanctiſſimi D. N. Papæ Curſores.

Nicolaus de Matthæis Mag. Curſ.

A D C A P. II.

De Doctrinâ Christianâ.

Quod Puerorum Præceptores Doctrinam Christianam docere teneantur.

SAcra Congregatio Concilii ad Nuncium Apostol. Venet. in unâ Traguriem. sub die 17. Junij 1557. *Potest Episcopus sub pœnâ excommunicationis præcipere Ludimagistro, ut suos Discipulos mittat ad addiscendam Doctrinam Christianam in Ecclesiâ*. Lib. 3. Literar. Pag. 82.

Eadem Sacra Congregatio sub die 17. Septembris 1688. Exposcente quodam Episcopo declarari.

Primùm: an ipse Clericos, tam Minorum, quàm Majorum Ordinum ad Officium Ludimagistri a Communitatibus conductos cogere possit, ut Pueros, cæterosque Scholares Doctrinam Christianam edoceant.

Secundùm: an idem cogere possit Ludimagistros laycos, itidem a Communitatibus conductos.

Tertium: an idem cogere possit Ludimagistros, sive Clericos, sive laycos a nemine conductos,

Respondit: *Posse, priùs hortando, postea præcipiendo* libr. Decret. 38. fol. 336.

A D C A P. III.

De Prædicatione Verbi Dei.

Avvertimenti dati per ordine d' Innocenzio XI. di Santa memoria a' Predicatori nell' Anno 1686. *cavati dagl' Atti di San Carlo.*

I. CHe facciano riflessione alla dignità del loro Ministero, esser propriamente Pastorale, e quello stesso, che doverebbe fare la Santità Sua per se medesima, se non si trovasse da altre cure occupata.

II. Che

II. Che la parola di DIO si cavi dagli Evangelj correnti, e si spieghi agl' Uditori con ogni efficacia, per trarne il profitto dell' Anime loro, con esaltare le virtù, detestare i vizj, e le corruttele de' costumi, non di passo, e perfuntoriamente, ma di proposito, e con vivi argomenti, presi dalla Scrittura, e da' Santi Padri.

III. Che il Popolo si ecciti alla divozione, e alla frequenza de' Sacramenti.

IV. Che s'incarichi soprattutto a' Padri di Famiglia l'erudire, ed istradare i Figliuoli nella via della salute, insegnando loro da se stessi i fondamenti della Dottrina Cristiana, e i Decreti del Sacro Concilio di Trento, e mandandoli ad istruire più pienamente da' proprj Parochi.

V. Che nelle Prediche si tiri più al frutto, che all'ostentazione dell'eloquenza, fuggendo le descrizioni, i tiri di memoria, ed altre vane apparenze d'ingegno, improprie degli Oratori Sacri.

VI. Che per imprimere maggiormente nella memoria il contenuto nella Predica, si riepiloghino nel fine i punti più sostanziali, e si ecciti il Popolo a qualche atto di divozione, e di pentimento de' propri peccati.

VII. Che, oltre la detestazione generale de' vizj, discenda particolarmente ad esagerare contro di quelli, che più prevagliono in quel luogo: contro l'ignoranza della Dottrina Christiana, che si trova ancora nelle persone adulte: l'inosservanza della Quaresima, e la facilità de' Medici, nel dar le licenze di mangiar carne, e di quelli, che senza necessità ne usano: contro la negligenza de' Medici in proccurare, che si confessino gl' Infermi, prima, che scorra il terzo giorno della loro visita, in conformità della Bolla rigorosissima intorno a ciò del Beato Pio V. contro l' ammettere, che fanno le Madri sotto pretesto, ò speranza di Matrimonio i Giovani a conversare con le loro Figlie, per gli gravissimi disordini, che ne seguono.

Consi-

Constitutio Clementis X. in quâ mandatur Prædicatoribus Verbi Dei, ut duabus vicibus quolibet Anno Loca Terræ Sanctæ commendent.

SAlvatoris, & Domini nostri &c.

§. 1. Cum itaque fel. rec. Urbano Papa VIII. Prædecessori nostro alias exposito, quòd Ecclesiæ, & alia Loca Pia in Civitate Jerusalem, & aliis locis Terræ Sanctæ existentia, fere diruta erant, & quæ adhuc ibi existebant Monasteria ære alieno ob impiam Turcarum, Hæreticorum, & Schismaticorum tyrannidem, & pro S. Fidei Catholicæ in eisdem locis conservatione contracto, admodum gravata reperiebantur. Idem Urbanus Prædecessor, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, nec non omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, & Congregationum, & Institutorum Regularium Generalibus commiserit, & mandaverit, ut ad minùs duabus vicibus, quolibet Anno, Adventus, & Quadragesimæ temporibus, tam per Verbi Dei Prædicatores in suis Sacris Concionibus, quàm in actionibus, & functionibus publicis, necessitates eorumdem Sacrorum Monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & aliàs prout in ejusdem Urbani Prædecessoris Literis continetur &c.

§. 2. Et sicut pro parte dilectorum Ludovici à Justitiâ pro Italiâ, & Simonis Gargiæ pro Germaniâ, ac Andreæ à Fonte Majore pro Hispaniâ, & Petri Mecon, Fratrum expresè professorum, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantiâ nuncupatorum pro Galliâ, respectivè Commissariorum ejusdem Terræ Sanctæ, nobis nuper expositum fuit, ipsi quò præfatæ Urbani Prædecessoris Literæ, quæ à fel. rec. Innocentio Papâ X. Prædecessore pariter nostro confirmatæ fuerunt, exactiùs observentur, illas per nos pariter confirmari, & innovari desiderent.

§. 3. Nos eorumdem Sacrorum Monumentorum conservationi, & manutentioni consulere volentes, de Ven. Fratr. nostrorum S. R. E. Cardinalium negocio Propagandæ Fidei præpositorum consilio prædictas Urbani Prædecessoris Literas Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium confirmamus, pariter, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus, salvâ semper auctoritate Congregationis dictorum Cardinalium &c.

Datum &c. die 19. Junij 1671. Pontif. nostri Anno 2.

AD

AD CAP. IV.

De Judæis.

Conſtitutio Gregorii XIII. quâ plura Judæorum flagitia recenſentur, per Officium Inquiſitorum punienda.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad futuram rei memoriam.

ANtiqua Judæorum improbitas, quâ Divinæ bonitati ſemper reſtiterunt, tantò execratior conſiſtit in filiis, quantò ipſi ad cumulandam Patrum ſuorum menſuram in Dei Filio repudiando, ejuſque in mortem nefariè conſpirando, graviûs deliquerunt, qui propterea ſuis effecti majoribus nequiores, propriis ſedibus expulſi, atque in omnes diſperſi Orbis terrarum regiones, ſervitutique perpetuæ mancipati, non majorem in cujuſquam ditione clementiam, quàm in Chriſtianorum Provinciis, maximè verò in Apoſtolicæ pietatis gremio invenerunt, quæ pro eorum converſione laborans, eos miſericorditer excepit, atque in cohabitatione, unâ cum filiis ſuis ſuſtinuit, ad veritatiſque lumen allicere, pio ſemper ſtudio conata eſt, rebuſque ad vitam neceſſariis juvit, injuriis, & contumeliis prohibuit, multis denique beneficientiæ ſuæ privilegiis circummunivit. Illi verò nullis beneficiis manſuefacti, nihilque de ſuo priſtino ſcelere remittentes, Dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum in Cœlo triumphantem, adhuc in Synagogis ſuis, & ubique perſequuntur. Chriſti quoque membris infenſiſſimi non deſinunt, in Religionem Chriſtianam horrenda facinora quotidie magis audere.

Judæi qui pro eorũ converſione in gremio S.R.E. recipiuntur, audent in Religionem Chriſtianam multa nefanda cõmittere.

§. 1. Quibus nos, ne pietatis noſtræ puritas polluatur, aut à fœdis mancipiis Chriſti, Chriſtianorum nomini impunè illudatur, obviare volentes, Statuimus, ac etiam declaramus, Inquiſitores hæreticæ pravitatis liberè procedere poſſe in omnibus cauſis, & caſibus, qui ſequuntur.

Hic ideo Pont. decernit quod Judæus, & infidelis, negans quę cõmunia habet circa fidem cum Chriſtianis.

§. 2 Si quis Judæus, aut infidelis, in iis, quæ circa Fidem cum illis, nobis ſunt communia, veluti Deum unum, & Æter-

Æternum, Omnipotentem, Creatorem omnium, visibilium, & invisibilium, & similia, non esse asseruerit, prædicaverit, vel privatim alicui insinuaverit.

Dæmones invocans, & illis immolans.

§. 3. Si Dæmones invocaverit, consulueritve, aut eorum responsa acceperit, ad illosve sacrificia, aut preces ob divinationem, aliamve causam direxerit, aut quid eis immolaverit, vel thuris, alteriusve rei fumigationes obtulerit, aut alia quævis impietatis obsequia præstiterit.

Christianos nefaria ista docens.

§. 4. Si Christianos verbo, facto, vel exemplo, aut alio quovis modo nefaria hujusmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, aut perducere attentaverit.

Blasphemiasque circa Christum, & ejus Matrem proferens.

§. 5. Si Salvatorem, & Dominum Nostrum Jesum Christum, purum hominem, vel etiam peccatorem fuisse, Matremve Dei non esse Virginem, & aliâs hujusmodi, blasphemias, quæ per se hæreticæ dici solent, in Christianæ Fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impiè protulerit.

Christianos à fide devians.

§. 6. Si cujusvis eorum opera, auxilio, consilio, vel favore aliquis Christianus à Fide desciverit, quamque semel susceperat, abnegaverit, vel ad Judæorum, seu aliorum infidelium ritus, cæremonias, superstitiones, vel impias sectas transierit, vel redierit, seu in hæresim aliquam inciderit, aut qui, ut Christi Fidem abneget, seu in hæresim incidat, opem, consilium, auxilium, vel favorem quomodocumque præstiterit.

Infideles ad fidem Christi transire impediens

§. 7. Si quis Cathecumenum vel quemcumque ex Judæis, aut infidelibus, Deo inspirante, ad Fidem Christianam venire volentem, post declaratam nutu, verbo, facto, aut quocumque alio modo ejus voluntatem, à Fide, vel Fidei instructione, aut à Sacri Baptismi susceptione retrahere, avertere, vel dehortari, aut ne ad Fidem veniat, neve regenerationis Lavacro abluatur, quovis modo impediverit.

Hæreticos scienter receptans vel auxilians.

§. 8. Si quis apostatas, hæreticosve scienter domi suæ acceptaverit, aluerit, commeatu juverit, seu quovis modo eis cibaria ubicumque præbuerit, aut dona, vel munera dederit, vel miserit, aut de loco ad locum deduxerit, seu associaverit, vel deducendos, seu associandos curav rit,

aut

aut sumptus ministraverit, duces, comitesve illis adjunxerit, vel, ne ab eis perpetrata deprehendi, aut investigari queant, fecerit. Quique dictos apostatas, aut hæreticos scienter aliquo modo receptaverit, occultaverit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel favorem quomodolibet præstiterit.

§. 9. Si libros hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios Judaicos quomodolibet damnatos, aut aliàs prohibitos tenuerit, custodierit, vel divulgaverit, vel in quæcumque loca detulerit, aut ad ea operam suam accommodaverit.

Libros prohibitos, retinens.

§. 10. Si Christianos deriserit, redemptionisque nostræ Hostiam salutarem, in Ara Crucis immolatam, Christum Dominum ludibrio, & despectui habens, quandocumque, maximè verò in sacro Parasceves die agnum, sive ovem, aut quid aliud Cruci affixerit, aut appenderit, in eamve conspuerit, seu quodcumque contra ipsam fecerit.

Hostiam Altaris despiciens aut Crucem deridens &c.

§. 11. Si nutrices Christianas contra sacrorum Canonum statuta, diversorumque Romanorum Pontificum, prædecessorum nostrorum sanctiones, adhuc retinuerit, aut eas retinens die, quâ sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, lac, uno, vel pluribus diebus in latrinas, cloacas, vel alia loca effundere coëgerit.

Nutrices Christianas habens, sive eas cogens lac in latrinas effundere.

§. 12. In quibus casibus universis, & singulis omnes prædictæ pravitatis Inquisitores omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, & Locorum, universi Orbis Christiani Judices suis quemque locis perpetuò delegamus, ut super his contra Judæos, atque Infideles quoscumque, simul, vel separatim, prout in causis Fidei juxta sacrorum Canonum formam, nec non Officii Inquisitionis hujusmodi Constitutiones, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo, vel aliquibus horum flagitiorum excessibus culpabiles repererint, in eos, pro culpæ modo, ac etiam pro criminum numero, vel multiplicatione, aut consuetudine delinquendi, flagra, remigia, etiam perpetua, rerum quoque publicationes, exilia, aliaque atrociora decernant, & alia de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab hujusmodi flagitiis in posterùm admittendis.

Consonat Innocent. IV. cōst. 2. Ab Inquisitoribus coerceatur.

N §. 13. Non

Præceptū publicandi hanc conſt.

§. 13. Nos enim Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Inquiſitoribus Generalibus, nec non Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Locorum Prælatis, ac etiam aliis prædictis Inquiſitoribus in virtute ſanctæ obedientiæ, diſtrictè præcipimus, & mandamus, ut præſentes noſtras Literas in Civitatibus, & Locis cuique ſubjectis publicare, & juxta illarum tenorem procedere, ipſaſque deb tæ exequutioni mandare procurent.

Decretum irritans.

§. 14. Decernentes irritum, & inane quidquid ſecus per quoſcumque, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 15. Non oſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non exemptionibus, privilegiis, immunitatibus, commeatibus, in fidem publicam receptionibus, & tolerantiis, prædictis Judæis, & aliis infidelibus, Maranis, & Apoſtatis, tam in Dominiis, Terris, & Locis noſtris, & Sedi Apoſtolicæ mediatè, vel immediatè ſubjectis, quàm alibi ubicumque Regnorum, Provinciarum, & Dominiorum, Gentium, & Locorum commorantibus, vel in ea ex quibuſvis Regnis, & partibus, tam Fidelium quàm Infidelium confluentibus, eorumque Judicibus, Advocatis & defenſoribus, quâcumque auctoritate, poteſtate, & dignitate fungantur, etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & quorumvis aliorum Principum, tam per fel. rec. Paulum III. decimo Kal. Martij, & Julium etiam III. Non. Decembris, tertio anno ſui cujuſque Pontificatus, quàm etiam quoſcumque alios anteriores, & poſteriores Romanos Pontifices, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, ejuſque Legatos, ac etiam Cameram Apoſtolicam, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, & aliàs quomodocumque hactenus conceſſis, confirmatis, & innovatis, atque in poſterùm concedendis, confirmandis, & innovandis; quæ omnia, etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio, aut aliqua alia forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi ad verbum infererentur, præſentibus pro plenè expreſſis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè revocamus, abrogamus, & omnino abolemus, cæteraque contraria quæcumque.

§. 16. Vo-

§. 16. Volumus autem præsentes in locis Urbis consuetis de more publicari, & earum exemplis impressis, manu Notarii publici, & sigillo Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis, vel personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis eamdem prorsus fidem ubique, tam in judicio, quam extra illud adhiberi, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Jussio publ. & exẽplis crædendi.

Nulli ergo omnino, &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dominicæ 1581. Kal. Junij, Pont. nostri Anno 10.

D. P. Anno 10. 1. Junij.

Anno à Nativitate Domini 1581. Indict. 9. die verò 10. Mensi Junij, Pont. Sanctiss. in Christo Partis, & D. N. D. Gregorii divinâ providentiâ Papæ XIII. Anno 10. retroscriptæ Literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ S. Joan. Lateran. Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellerie Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, ac etiam ad valvas septi Hebræorum, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Nicolaum Tagliettum Apostolicos Cursores.

Publicatio.

Ant. Lodovicus Mag. Curs.

Epistola Cardinalis Cybo de Mandato S. Memoriæ Innocentii XI. ad Archiepiscopum Pisanum, quâ probibetur accessus Hebreorum ad Collocutoria Monialium.

Illustrissimo, e Reverendissimo Signore.

Con molto dispiacere ha udito Nostro Signore, che gl' Ebrei in codesta Città vadano a' Parlatori di Monache vendendo robe diverse &c. Mi ha perciò comandato la Santità Sua d' incaricare a V. S. Illustrissima il proibire agl' Ebrei medesimi il portarsi più a' Parlatori suddetti, sotto le più rigorose pene, ancora corporali: ben sicura la Santità Sua, che ella sia per eseguire questa parte con puntualità, corrispondente al suo singolar zelo, dandoci poi avviso, di avere puntualmente adempita la mente di Nostro Signore, e bacio V. S. Illustrissima le mani.

Di V. S. Illustrissima. Roma 5 Giugno 1677.

A Monsignor Arcivescovo. Pisa.

Servitore
Il Cardinal Cibo.

Pro observantiâ Constitutionis LXVIII. Gregorii XIII. de non admittendis Medicis Hebreis ad curandos infirmos allatæ in addit. ad primam Synod. par. 2. hoc eodem cap. de Judæis *adduntur Sacræ Congregationis universalis Inquisitionis Literæ ad Archiepiscopum Pisanum.*

MOLT' ILLUSTRE, E REVERENDISSIMO MONSIGNORE,
COME FRATELLO.

ESsendo stato insinuato alla Sacra Congregazione, che in codesta Città, i Cristiani nelle loro malattie si vagliono dell' opera de' Medici Ebrei; questi miei Illustrissimi Signori, ancorchè non sappiano persuadersi, che V. S. tolerasse mai abuso si grave, e repugnante alla disposizione de' Sacri Canoni, e Costituzioni de' Sommi Pontefici, hanno nondimeno voluto, che io le ne dia questo cenno, e che le dica, siccome fò, che non manchi in modo alcuno, quando ciò sia verò, di provvedervi co' rimedi opportuni, anco di Censure, in quanto a' Cristiani, proibendo loro sotto gravi pene, non solamente il richiamare alle loro Case i detti Medici Ebrei, ma anco il ricevere da medesimi alcuna sorte di medicamenti, con dare alla Sacra Congregazione avviso del seguito. E Dio la preservi.

Roma li 17. Agosto 1629.

Di V. S.

Come Fratello Affezionatissimo
F. A. Card. S. Onof.

MOLT' ILLUSTRE, E REVERENDISSIMO SIGNORE,
COME FRATELLO.

VEdutasi la dimanda fatta da V. S. con sua de 2. del passato ad istanza degl' abitatori di Livorno, di potersi valere dell' opera d' un Medico Ebreo, nel modo, e per i rispetti accennati da lei; e parso bene alla Santità di Nostro Signore, e à questi Eminentissimi, che io risponda, che ella non permetta in modo veruno, che i Cristiani nelle loro infermità si servano de' Medi-

Medici Ebrei, e faccia puntualmente osservare gl' ordini, sopra ciò altre volte datili, de' quali ella dimostra ricordarsi molto bene, che sarà in esecuzione della Santa Mente di Sua Beatitudine, che così ha comandato con grandissimo sentimento, e per fine il Signore Iddio la prosperi, del continuo, e conservi.

Di Roma li 3. di Settembre 1633.

Di V. S.

Come Fratello
Il Card. S. Onof.

MOLT' ILLUSTRE, E REVERENDISSIMO SIGNORE,
COME FRATELLO.

ESsendosi quì avuto avviso, che i Medici Ebrei nella Città di Livorno si portano alla Cura de' Cristiani, e questi s' inoltrano a chiamarveli, non ostanti le Costituzioni Apostoliche, che lo proibiscono; è stata però di sentimento la Santità di Nostro Signore, col parere di questi miei Eminentissimi Colleghi Signori Cardinali Generali Inquisitori, che d' ordine della Santità Sua V. S. faccia costì, & in detta Città di Livorno affigere a' luoghi soliti l' Editto proibitivo, a' primi di portarsi a detta Cura, & agl' altri di chiamarveli, sotto le pene contenute, nelle predette Costituzioni di Gregorio XIII. la *sesta*, e di Pio V. la *sesta*, con intendersela sopra tale affare con codesto Padre Inquisitore, a cui con mia lettera del presente dispaccio, s' ingiunge, che la renda informata delle particolarità, che sono motivo di questa risoluzione, e le prego felicità.

Roma 24. Decembre 1689.

Di V. S.

Come Fratello Affezionatissimo
Il Card. Cibo.

Edictum

Edictum Illustriss. et Reverendiss. D. D. Francisci ex Comitibus Ilcii Archiepiscopi Pisani in exequutionem præmissarum literarum.

NOI FRANCESCO D' ELCI,

Per grazia di Dio, e della Santa Sede Apostolica Arcivescovo di Pisa, delle Isole di Corsica, e Sardegna Primate, ed in esse Legato Nato.

FAcciamo intendere, e comandiamo in esecuzione degli Ordini, e di speziale commissione della Santità di Nostro Signore Papa Alessandro VIII. per tenore del presente nostro pubblico Editto a qualsivoglia persona di qualunque grado, stato, e condizione dell'uno, e dell' altro sesso, tanto della Città di Pisa, che di Livorno, e d' ogn' altro Luogo della nostra Diocesi, che non ardisca, ò presuma in modo alcuno, e sotto qualsivoglia pretesto farsi curare, e respettivamente valersi in che sia sorte d' indisposizione della cura, parere, o assistenza d' alcun' Medico Ebreo, ancorchè chiamato in compagnia, ò per ajuto d' altro Medico Cristiano, sotto le pene alli Cristiani trasgressori della privazione in vita de' Santissimi Sacramenti, & in morte dell' ecclesiastica Sepoltura, oltre all'altre pene, si spirituali, che temporali contenute nelle Costituzioni della Santità del B. Pio V. che principia *Romanus Pontifex Christi Vicarius*, e di Gregorio XIII., che incomincia *Alias piæ memoriæ Paulus Papa Quartus*, ed altre Bolle Apostolice, e Decreti della Sacra Congregazione dell' Inquisizione Universale, e Generale del Santo Uffizio di Roma.

Ed agli Medici Ebrei, che pretendessero di medicare, ovvero medicassero, tanto segretamente, che palesemente Cristiani Cattolici; oltre alle pene comminate nelle Bolle Pontficie, vi s' aggiungono anco l' altre imposte per diversi Decreti della medesima Sacra Congregazione del Santo Uffizio di Roma.

E tutto a chiara notizia, ed intelligenza di ciascheduno non solo nel modo, e forma premessa, ma in ogni altro miglior modo &c.

Dato in Pisa &c.

AD CAP. IX.

De Sacramento Confirmationis.

Variæ Constitutiones Apostolicæ, & Decreta Summorum Pontificum, quibus statuitur quòd solus Episcopus est Minister Sacramenti Confirmationis adversùs nonnullos, qui sanam doctrinam non sustinentes, docuerunt simplicem Presbyterum apud Græcos esse Ministrum legitimum.

Epistola Eusebii Papæ ad Episcopos Thusciæ, & Campaniæ Ann. 307. *can.* manus *de consecr. dist.* 5.

MAnus quoque impositionis Sacramentum magnâ veneratione tenendum est: quod ab aliis perfici non potest, nisi a summis Sacerdotibus: nec tempore Apostolorum ab aliis, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum esse: nec ab aliis, quàm ab illis, qui eorum tenent locum, unquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum, & inter Ecclesiastica nunquam reputabitur Sacramenta.

Epistola Melchiadis Papæ ad Episcopos Hispaniæ Ann. 314. *can.* de his *de consecr. dist.* 5.

DE his verò, super quibus rogastis vos informari, id est, utrùm majus esset Sacramentum, manus impositio Episcoporum, aut Baptismus? scitote utrunque magnum esse Sacramentum: & sicut unum à majoribus fit, id est, à summis Pontificibus, quod à minoribus fieri non potest, ita & majori veneratione venerandum, & tenendum est. Sed ita conjuncta sunt hæc duo Sacramenta, ut ab invicem (nisi morte præveniente) nullatenùs possint segregari: & unum sine altero ritè perfici non potest.

Dama-

Damasus Epistola 4. de Chorepiscopis.

QUòd verò eis non liceat Chrisma conficere, nec Chrismate baptizatorum frontes signare &c. quæ omnia solis Pontificibus deberi, tam ex superioribus quàm ex aliis Patrum constitutis aut Sacris Canonibus edocti estis.

Leo Magnus Epistola 88. *ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ.*

NEc erigere eis Altaria &c. nec Chrisma conficere, nec Chrismate baptizatorum frontes signare licet. Hæc enim omnia illicita sunt Chorepiscopis, & solis deberi Summis Pontificibus auctoritate Canonum præcipitur, ut per hoc, & discretio graduum, & dignitatis fastigium Summi Pontificis demonstretur.

Epistola S. Gregorii M. ad Januarium Calaritanum lib. 3. *epist.* 9.

PResbyteri baptizatos infantes signare sacro in frontibus Chrismate non præsumant. Sed Presbyteri baptizatos ungant in pectore, ut Episcopi postmodum ungere debeant in fronte.

Epistola S. Innocentii Papæ I. ad Decentium Episcopum Eugubinum, de quâ Isid. de ecclesiast. Offic. cap. 26. *& ult. Albin. Alcuin. de divin. Offic. cap. de Sabbath. Sant. Pasche, et Bed. in act. Apost. cap.* 8. *& in can.* Presbyteris 119. *de consec. dist.* 4.

INNOCENTIUS &c. De consignandis verò infantibus, manifestum est non ab alio, quàm ab Episcopo fieri licere. Nam Presbyteri licèt sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem Pontificibus solis deberi, ut vel consignent, vel Paraclitum tradant, non solùm consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verùm, & illa lectio Apostolorum, quæ asserit Petrum, & Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. Nam Presbyteris, seù extra Episcopum, seù præsente Episco-

Episcopo baptizant, Chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum; non tamen frontem ex eodem Oleo signare, quod solis debetur Episcopis, quum tradunt Spiritum Paraclitum. Verba verò dicere non possum, ne magis prodere videar, quàm ad consultationem respondere.

Innocentii Papæ III. Literæ ad L. Vicarium suum apud Constantinopolim, quæ habentur libr. secund. primi Tomi ejus Regesti impressi, folio 398., & positæ sunt in compilatione Decretal. lib. 1. tit. 4. de consuet. cap. Quanto

L. Vicario nostro apud Constantinopolim

INNOCENTIUS &c. Quantò de benignitate Sedis Apostolicæ locum obtines celsiorem, tantò tibi est solicitiùs procurandum, ut te talem exhibeas in agendis, non declinans ad dexteram, vel ad sinistram, quòd non minùs re, quàm nomine vices Apostolicas gerere videaris. Pervenit sanè ad audientiam nostram, quòd quidam simplices Sacerdotes apud Constantinopolim ea Sacramenta præsumunt Fidelibus exhibere, quæ ab Apostolorum tempore ritè fuerunt solis Pontificibus reservata: ut est Sacramentum Confirmationis, quod chrismando renatos, soli debent Episcopi per manus impositionem conferre, ad excusandas excusationes in peccatis, & sui erroris fomentum solam consuetudinem prætendentes, quum diuturnitas temporis peccata non minuat, sed augmentet, quæ tantò graviora existunt, quantò infelicem animam diutiùs detinent alligatam. Volentes igitur hæc, & alia, quæ oculos Divinæ Majestatis offendunt, de agro Dominico extirpare, discretioni tuæ, per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus omnibus Latinis Presbyteris, apud Constantinopolim constitutis districtè prohibeas, ne talia de cętero suâ temeritate præsumant: quæ licèt non sint à Fidelibus contemnenda, tutius tamen est ea sine periculo, ex necessitate, quæ legem non habet, omittere, quàm, ut ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate, quæ lege damnatur, non sine gravi periculo inaniter conferantur: quum umbra quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu. Alios quoque subiectos tuos, & ab illicitis revocare satagas, & ad facienda bona verbo, & exemplo pariter in-

vitare, quibus quales pro te Literas destinemus, ex rescripti nostri serie perpendere poteris evidenter. Datum Laterani XVI. Kalen. Decembris.

Bulla, seu Literæ Innoc. IV. super ritibus Græcorum, qui tolerari, vel non tolerari possunt INNOCENTIUS *&c.*
Episcopo Tusculano Apostolicæ Sedis Legato.

SUb Catholicæ professione Fidei, atque cultu consistere, ac proficere universos cæteris nostræ mentis desiderabilibus præferentes, illud tanquam acceptabilius pleniori desiderio cupimus, & ad hoc, velut operativum salutis, præcipuum intimis affectibus anxiùs aspiramus. Hæc inquam unio, sivè connexio cordi nostro inæstimabilis gaudii rorem infunderet, si varias Gentium nationes ejusdem observantia Fidei in unum acceptabilem Christo Populum adunaret. Id utique anxiæ nostræ mentis ardorem affluentis lætitiæ refrigeraret irriguo, si omnes, quos olim in unum catholicum Gregem ovile collegit Domini, quum multi ab eo discesserint, in idem individuum Collegium unjus Pastoris solidaret magisterium, & custodia communiret. O si Orientalibus Oriens ex alto luceret, & sui luminis illustratione ipsos ad Catholicam reduceret unitatem, ut cum reliquis Orthodoxis in unjus aulæ collecti gremio, de Matris Ecclesiæ ubere fluenta Doctrinæ salutaris haurirent! Tunc ipsi Ecclesiæ proveniret magnum, & desiderabile salutare; tunc ejus uterus sobole geminatà concresceret; tunc Orientalibus oriretur supernæ illuminationis Aurora; tunc eis clarescerct Lucifer veritatis; tunc per universam Ecclesiam inundantis gaudii erumperet plenitudo; tunc exultatione nimià clarescerct totus Orbis, quia valde bonum, & jucundum existeret fratres simul in domo Domini habitare; tunc eadem Ecclesia multiplicatâ lætitiâ novæ jucunditatis canticum personaret. Verùm quia nonnulli Græcorum jamdudum ad devotionem Sedis Apostolicæ redeuntes, ei reverenter obediunt, & intendunt, licet, & expedit, ut mores, ac ritus eorum, quantùm cum Deo possumus tolerantes, ipsos in Ecclesiæ Romanæ obedientiâ præservemus: quanquam in his, quæ animarum periculum parerent, vel honestati Ecclesiasticæ derogarent, nec debeamus illis deferre aliquatenus, nec velimus. Sanè inter Venerabilem Fratrem nostrum Archiepiscopum Nicosien-

fiensem, & ejus Suffraganeos Latinos ex parte unâ, & Episcopos Græcos Regni Cypri ex alterâ, de quibusdam certis articulis, discordiam, & turbationem fore subortam, & eorumdem tenorem articulorum, ac responsiones ipsorum Græcorum ad illos, Nobis, ut meliùs possemus instrui super eis, plenè, ac providè per tuas Literas intimasti, solicitè requirendo, ut providere super hoc Apostolicâ diligentiâ curaremus. Nos autem Literis ipsis affectuosè receptis, earum seriem, & ipsos articulos, ac responsiones easdem, & cætera, quæ continebantur in illis, unâ cum Fratribus nostris perlegimus, & intelleximus diligenter, prudentiam tuam multipliciter in Domino commendantes, & meditantes, ac deliberantes super his, prout rei qualitas exigebat.

1. Circa hæc itaque sic deliberatio nostra resedit, ut Græci ejusdem Regni in unctionibus, quæ circa Baptisma fiunt, morem Ecclesiæ Romanæ teneant, & observent.

2. Ritus verò seu consuetudo, quam habere dicuntur ungendi per totum baptizandorum corpora, si tolli sine scandalo, vel removeri non potest, quum sive fiat, sive non, quantùm ad Baptismi efficaciam, vel effectum non multùm referat, toleretur.

3. Nec refert etiam utrum in frigida, vel calida aqua baptizent, quum parem vim, & effectum in utrâque Baptismum habere asseverare dicantur.

4. Soli autem Episcopi consignent Chrismate in frontibus baptizatos, quia hujus unctio non debet, nisi per Episcopos exhiberi: quoniam soli Apostoli, quorum vices gerunt Episcopi, per manus impositionem, quam confirmatio, vel frontis chrismatio repræsentat, Spiritum Sanctum tribuisse leguntur.

5. Singuli quoque Episcopi in suis Ecclesiis in die Cœnæ Domini possunt secundùm formam Ecclesiæ Chrisma conficere ex balsamo quidem, & oleo olivarum. Nam Spiritus Sancti Donum in Chrismatis unctione confertur, & Columba utique, quæ ipsum designat Spiritum, olivæ ramum ad arcam legitur retulisse. Sed si suum antiquum ritum in hoc Græci potiùs servare voluerint, videlicet quòd Patriarcha unâ cum Archiepiscopis, & Episcopis ejus Suffraganeis, & Archiepiscopi cum Suffraganeis suis simul Chrisma conficiant, in tali eorum consuetudine tolerentur.

6. Nullus autem per Sacerdotes, vel Confessores pro satisfactione pœnitentiæ unctione aliquâ solummodo inungatur.

7. Infirmis verò juxta verbum Jacobi Apostoli Unctio exhibeatur extrema.

8. Porrò in appositione aquæ, sive frigidæ, sive calidæ, vel tepidæ in Altaris sacrificio, suam, si velint, consuetudinem Græci sequantur, dummodo credant, & asserant, quod servatâ Canonis formâ conficiatur pariter de utrâque.

9. Sed Eucharistiam in die Cœnæ Domini consecratam, usque ad annum, prætextu infirmorum, ut de illâ videlicet ipsos communicent, non reservent. Liceat tamen eis pro infirmis ipsis Corpus Christi conficere, ac per xv. dies, & non longiori temporis spatio conservare, ne per diutinam ipsius reservationem, alteratis forsitan speciebus, reddatur minus habile ad sumendum; licèt veritas, & efficacia semper eadem omnino remaneat, nec ullâ unquam diuturnitate, seu volubilitate temporis evanescat.

10. In celebratione verò solemnium, & aliarum Missarum, & de horâ celebrandi eas, dummodo in confectione, vel consecratione formam verborum à Domino expressam, & traditam observent, & celebrando non transgrediantur horam nonam, suam sequi consuetudinem permittantur.

11. Sacerdotes autem dicant Horas Canonicas more suo, sed Missam celebrare, prius quàm Officium matutinale compleverint, non præsumant.

12. Promovendi verò ad Sacerdotium, & Presbyteri, qui præficiendi fuerint Ecclesiarum regimini, examinentur antea diligenter, si præcipuè de Horis Canonicis, & Missarum Officiis, secundùm distinctionem temporum exequendis, sint sufficienter instructi, ut ad hæc non nisi digni, & indonei admittantur.

13. Cæterùm unusquisque Sacerdos in aureo, vel argenteo solùm, aut saltem stanneo Calice sacrificet, habens corporale de lino candidum, & nitidum, & Altare mundis vestimentis opertum, vel decentibus paramentis.

14. Mulieres autem servire ad Altare non audeant, sed ab illius ministerio repellantur omninò.

15. De jejunio verò diei Sabbathi Quadragesimali tempore, quamquam honestiùs, & salubriùs Græci agerent, si sic toto illo tempore abstinerent, ut nec unico die institutum jejunium violarent, teneant, & servent pro libitò morem suum.

16. Sacerdotes quoque conjugati, & alii quibus Parochiarum

cura,

cura, vel Ecclesiarum Parochialium regimen per Episcopos suos committitur, licitè, ac liberè possint Parochianorum suorum Confessiones audire, ipsisque pœnitentiam injungere pro peccatis: quia cui licet, vel conceditur quod est majus, competit nimirùm, nec negari convenit quod est minus. Liberum tamen sit ipsis Episcopis viros alios idoneos coadiutores, & cooperatores habere in audiendis Confessionibus, & pœnitentiis injungendis, ac cæteris, quæ ad salutem pertinent animarum.

17. Ipsisque in his, per eorum Diœceses absque Sacerdotum ipsorum præjudicio, & gravamine committere vices suas, quum propter occupationes multiplices, & occasiones varias possit contingere, quòd nequeant per easdem Diœceses officium suum exequi per seipsos.

18. De fornicatione autem, quam solutus cum solutâ committit, quin sit mortale peccatum, non est aliquatenus ambigendum, quum tam fornicarios, quàm adulteros a regno Dei Apostolus asserat alienos.

19. Ad hæc volumus, & expresse præcipimus, quòd Episcopi Græci septem Ordines secundùm morem Ecclesiæ Romanæ de cætero conferant, quum hucusque tres de minoribus circa ordinandos neglexisse, vel prætermisisse dicantur. Illi tamen, qui jam sunt taliter ordinati per eos, propter nimiam ipsorum multitudinem, in sic susceptis Ordinibus tolerentur.

20. Quia verò secundùm Apostolum, mulier, mortuo viro, ab ipsius est lege soluta, ut nubendi cui vult in Dominò liberam habeat facultatem, secundas, & tertias, ac ulteriores etiam nuptias Græci non reprehendant aliquatenus, nec condemnent, sed potiùs illas approbent inter personas, quæ aliàs licitè ad invicem Matrimonio jungi possunt.

21. Secundò tamen nubentes Presbyteri nullatenus benedicant.

22. Et quoniam apud eos consueverunt contrahi Matrimonia inter personas contingentes se juxta eorum computationem octavo gradu, qui secundùm computationem, & distinctionem graduum, quam nos facimus, apud nos quartus habetur, ne id præsumatur deinceps, firmiter prohibemus: districtè præcipientes, ut quum in ulterioribus gradibus licitè Matrimonia contrahantur, in prædicto quarto consanguinitatis, vel affinitatis gradu copulari ulteriùs non præsumant: statutum in hoc Generalis Concilii obser-

observantes. Illos tamen, qui jam in gradu hujusmodi contraxerunt, dispensativè permittimus in sic contracto Matrimonio remanere.

23. Denique quum Veritas in Evangelio asserat, quòd si quis in Spiritum Sanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc sæculo, neque in futuro dimittetur ei: per quod datur intelligi quasdam culpas in præsenti, quasdam verò in futuro posse sæculo relaxari, & Apostolus dicat, quòd uniuscujusque opus, quale sit, ignis probabit, & cujus opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem, & ipsi Græci verè, ac indubitanter credere, ac affirmare dicantur, animas illorum, qui susceptâ pœnitentiâ, eâ non peractâ, vel qui sine mortali peccato, cum venialibus tamen, & minutis decedunt, purgari post mortem, & posse suffragiis Ecclesiæ adiuvari; Nos, quia locum purgationis hujusmodi dicunt non fuisse sibi ab eorum Doctoribus certo, & proprio nomine indicatum, illum quidem juxta traditiones, & auctoritates SS. Patrum Purgatorium nominantes, volumus, quòd de cætero apud ipsos isto nomine appelletur, illo enim transitorio igne peccata utique, non tamen criminalia, seu capitalia, quæ priùs per pœnitentiam non fuere remissa, sed parva, & minuta purgantur, quæ post mortem etiam gravant, si in vitâ non fuerint relaxata.

24. Si quis autem absque pœnitentiâ in peccato mortali decedit, hic proculdubio æternæ gehennæ ardoribus perpetuò cruciatur.

25. Animæ verò Parvulorum, post Baptismi lavacrum, & adultorum etiam in charitate decedentium, qui nec peccato, nec ad satisfactionem aliquam pro ipso tenentur, ad Patriam protinus transvolant sempiternam.

26. Ordinationes demum, & instituta regularia Sanctorum Patrum de vitâ, & statu Monachorum præcipimus ab Abbatibus, & Monachis Græcis inviolabiliter observari.

Fraternitatem itaque tuam hortamur attentè, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus præmissa omnia Episcopis Græcis præfati Regni seriatim, & diligenter exponi facias, districtè ipsis injungens, ut ea solicitè attendere, studiosè tenere, ac efficaciter observare procurent, & a suis faciant subditis observari. Memoratis autem Archiepiscopo Nicosiensi, & ejus Suffraganeis Latinis firmi-

firmiter auctoritate nostrâ præcipias, ut eosdem Græcos super præmissis contra hujusmodi provisionem, & deliberationem nostram non inquietent aliquatenus, nec molestent. Contradictores eâdem auctoritate, appellatione postpositâ, compescendo. Non obstante si prædictis Archiepiscopo, & Suffraganeis, vel quibuscumque aliis à Sede Apostolicâ sit indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas, plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum non facientes de indulto hujusmodi mentionem. Datum Laterani ij. Non. Martij Anno XI.

Decretum Eugenii Papæ IV. in Generali Concilio Florentino, in Bulla instructionis Armenorum, §. Secundum Sacramentum est, *in quo sic traditur.*

SEcundum Sacramentum est Confirmatio, cujus materia est Chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, quod odorem significat bonæ famæ, per Episcopum benedicto. Forma autem est; *Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Ordinarius minister est Episcopus. Et quum cæteras unctiones simplex Sacerdos valeat exhibere, hanc nonnisi Episcopus debet conferre: quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent Episcopi, quòd per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant, quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat. *Quum enim audissent (inquit) Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Joannem: qui quum venissent, oraverunt pro eis, ut acciperent Spiritum Sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantùm erant in nomine Jesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum*. Loco autem illius tamen manus impositionis, datur in Ecclesiâ Confirmatio. Legitur aliquando, per Apostolicæ Sedis dispensationem, ex rationabili, & urgente admodum causâ, simplicem Sacerdotem, Chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis Sacramentum, &c.

Decre-

Decretum Sacri Generalis Oecumenici Concilii Tridentini ſeſs. VII. de Sacramentis, ubi de Confirmatione Canone iij. ita deſinivit.

SI quis dixerit Sanctæ Confirmationis ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemvis ſimplicem Sacerdotem, anathema ſit.

Literæ Sacræ Congregationis S. Officii ad Archiepiſcopum Piſanum circa preces a Natione Græcâ porrectas, poſtulante declarari, ut Parocho ejuſdem Nationis liceat conferre Sacramentum Confirmationis.

MOLT' ILLUSTRE, E REVERENDISSIMO SIGNORE,
COME FRATELLO.

RIferitosi à queſta Sacra Congregazione del S. Uffizio la Lettera di V. S. de' 5. cadente, colla quale hà informato ſul memoriale già traſmeſſole, e che fù dato qua a nome della Nazione Greca in Livorno, ha la medeſima detto, ch'ella proccuri, che il Monaco Baſiliano, Paroco colà della ſuddetta Nazione, abbia da rimoſtrare la riverenza, e ſommiſſione dovute verſo la S. Sede, anco colli portamenti verſo la Perſona di lei medeſima, mentre quanto all' iſtanza conſaputa fatta dalla ſuddetta Nazione, hà reſcritto „ *Lectum* „ E le auguro vere felicità.

Roma 27. Giugno 1711.

Di V. S.

Monſignore Arciveſcovo di Piſa.

Come Fratello Affezionatiſſimo
G. Card. Mareſcotti.

Eadem

Eadem Sacra Congregatio ad eundem.

MOLT' ILLUSRE, E REVERENDISSIMO SIGNORE,
COME FRATELLO.

RIferitosi à questa Sacra Congregazione del S. Offizio un nuovo ricorso fatto dalla Nazione Greca di Livorno, e suo Paroco sopra la consaputa pretensione di conferire la Cresima, hà la medesima giudicato espediente di rescrivere *in decisis*, confermando così la risoluzione già presa sotto il dì 23. Giugno 1711. nella quale disse „ *Lectum* „

Roma 2. Luglio 1712.

Di V. S.

Monsignore Arcivescovo di Pisa.

Come Fratello Affezionatissimo
G. Card. Marescotti.

AD CAP. X. PRIMÆ SYNODI.

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

Confirmatio, declaratio, & extensio Constitutionis San. Mem. Innocentii XI. contra subripientes Pyxidem, e Cyborio cum Particulis consecratis, vel ipsas Particulas sine Pyxide.

ALEXANDER EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUum aliàs a felic. record. Innocentio Papa XI. Prædecessore Nostro emanaverint Literæ tenoris sequentis, videlicet. INNOCENTIUS Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad nostri Apostolatus auditum detestanda quorundam iniquitatis filiorum pervenit audacia, qui omnis impietatis terminos supergresi, manus sacrilegas, nè a Sancto quidem Sancto-

rum, auguſtiſſimo ſcilicet Euchariſtiæ Sacramento, quod tranſiturus de hoc mundo ad Patrem Salvator, & Dominus Noſter Jeſus Chriſtus in memoriam cruenti illius Sacrificii, quo ſe ipſum pro generis humani redemptione in Ara Crucis Deo Patri immolavit, ineffabili divini amoris ſui largitate Corpus ſuum in cibum, & Sanguinem in potum nobis tribuendo, inſtituit, continere tanti tamque tremendi formidine Myſterii compelluntur. Quocirca ad reprimendam horrendam ejuſmodi impietatem, quæ animum noſtrum ipſâ ſui immanitate confudit, in nomine ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti exurgentes; Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex merâ ſcientiâ, & deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium in totâ Rebublicâ Chriſtianâ adversùs hæreticam pravitatem Generalium Inquiſitorum, a Sanctâ Sede Apoſtolicâ ſpecialiter deputatorum conſilio, hâc noſtrâ pervetuò valiturâ Conſtitutione auctoritate Apoſtolicâ ſtatuimus, & decernimus, ut deinceps omnes, & ſinguli utrjuſque ſexus, qui de furto Hoſtiæ conſecratæ, ſivè unjus, vel plurium Particularum conſecratarum cum Sacrâ Pyxide, vel ſine illâ per legitima indicia judicialiter juxta Sancti Officii Inquiſitionis, contra hæreticam pravitatem, auctoritate Apoſtolicâ inſtituti regulas, & praxim confeſsi, aut convicti fuerint, quive propriâ malitiâ, vel de alterius ordine, ſeu mandato, Hoſtiam, ſive unam, vel plures Particulas conſecratas prædictas apud ſe retinuerint, vel aliò transferre, ſeu aſportare præſumpſerint, condignis pœnis, & animadverſionibus pro facinoris atrocitate puniantur, & niſi conſtiterit non fuiſſe ad malum finem, etiam pro primâ vice Curiæ Seculari tradantur, non obſtante minori ætate, dummodo vigeſimum attingant annum, quibus pœnis etiam mandantes ſubiaceant. Porrò omnimodam cognitionem cauſarum furti Hoſtiæ conſecratæ, ſivè unjus, vel plurium Particularum conſecratarum hujuſmodi cum Pyxide, vel ſine illâ, tanquam delicti hæreſim, vel vehementem hæreſis ſuſpicionem continentis ad Judices Eccleſiaſticos, & ad Sanctæ Inquiſitionis Officium prædictum privativè ſpectare, eâdem auctoritate harum ſerie, & Motu ſimili declaramus; decernentes præſentes noſtras Literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo, quod quilibet in præmiſſis, ſeu eorum aliquo jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet

dolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis existant, sive aliàs specificâ, & individuâ mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ, propter quas eædem præsentes emanaverint, adductæ, verificatæ, vel sufficienter, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex aliâ quâlibet, etiam quantumvis juridicâ, & privilegiatâ causâ, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, sed adversùs illas aperitionis oris, restitutionis, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam Motu pari, & de Apostolicæ potestatis plenitudine simili concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter, & inconcusè observari; Sicque, & non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis prædictæ Nuncios, aliosve quoslibet, quâcunque præeminentiâ, & potestate fungentes, & functuros (sublatâ eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate) judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quâvis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ Regulâ de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis Edictis Generalibus, vel specialibus, Constitutionibus, & ordinationibus, nec non quibusvis, etiam juramento confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis quibusvis personis, Collegiis, & Locis, etiam specificâ, & individuâ mentione dignis, etiam sub

P 2 quibus-

quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam irritantibus in genere, vel in ſpecie, etiam Motu ſimili, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecifica, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio ad id ſervanda foret, illorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, inſertis, & exactiſſimè ſervatis, & ſpecificatis reſpectivè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hâc vice dumtaxat ad præmiſſorum effectum pleniſſimè, & ampliſſimè Motu pari derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus inſuper, & eâdem auctoritate prædictâ mandamus, ut eædem præſentes, & in eis contenta, quæcunque ad omnium notitiam faciliùs deducantur, nec quiſpiam de eis ignorantiam prætendere valeat, ipſas præſentes, ſeu earum tranſumpta ad Valvas Eccleſiæ S. Joannis in Laterano, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ, per aliquem ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicari, & affigi; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos concernunt, ſeu concernent in futurum, perinde afficere, & arctare, ac ſi unicuique illorum perſonaliter intimatæ, & notificatæ fuiſſent; utque earumdem præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ munitis, eadem prorſus, tam in judicio, quàm extra illud ubique locorum fides habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti, decreti, declarationis, derogationis, voluntatis, ac mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſeptuagemo ſexto, quarto Idus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Hinc eſt quod Nos tam execrandum ſcelus, ac nefariam temeritatem, quantum in Nobis eſt, cohibere, & propterea præinſertam,

tam, & quascumque alias, tam Sacrorum Canonum, quàm aliorum Romanorum Pontificum pariter Prędecessorum nostrorum Constitutiones, & Ordinationes favore Fidei Catholicę, ac Officii Sanctę Inquisitionis in pręmissis, & circa ea quomodolibet emanatas, confirmare, & respectivè declarare, ampliare, & extendere volentes; Motu proprio, non ad alicujus super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex merà scientiâ, & maturà deliberatione nostris, deque Apostolicę potestatis plenitudine, ac de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in totà Republicâ Christianâ adversùs hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum a Sanctâ Sede Apostolicâ specialiter deputatorum consilio, hâc nostrâ perpetuo valiturâ Constitutione, præinsertas Literas dicti Innocentii Prædecessoris, nec non prędictas Constitutiones, & ordinationes, & singula in eis contenta, & expressa, quorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, easdem tenore pręsentium perpetuò confirmamus, approbamus, & innovamus, easque inviolabiliter, & inconcussè servari volumus, &mandamus. Et nihilominus omnes, quascunque, & singulas personas, tam sæculares, quàm Ecclesiasticas, etiam Regulares cujuscunque dignitatis, status gradus, Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, & Sancti Joannis Hierosolymitani, quibuscumque privilegiis, exemptionibus, & indultis, etiam in corpore Juris clausis, munitas, & suffultas, speciali, ac etiam specialissimâ notâ dignas, & eas, quæ nominatim, ac individualiter exprimi debent, neque aliter, quàm sub præscripto certæ formæ in generalibus, aut specialibus Constitutionibus includi, & comprehendi possunt, ac solent, nullâ prorsus exceptâ, sub præinsertâ Innocentii Prædecessoris Constitutione prædictâ comprehensas; & si quas ex eis pro tempore atrocissimi hujus criminis reas esse constiterit, has omnibus, & singulis, tum antiquis, tum in dictâ præinsertâ Innocentii Prædecessoris Constitutione innovatis, etiam quoad Ecclesiasticos degradationis realis, & traditionis brachio seculari pœnis omnino, & irremissibiliter obnoxias fuisse, & esse, cognitionemque prędicti sceleris contra eas ad Ordinarios Ecclesiasticos, & ad Inquisitores contra hereticam pravitatem, qui juxta hujus nostrę, & aliarum quarumcumque ad favorem Fidei, & Officii Sanctę Inquisitionis hujusmodi Constitutionum editarum formam,

formam, & tenorem procedere valeant, ac debeant privativè quoad alios quoscunque, spectavisse, ac spectare, Motu, scientiâ, deliberatione, potestatis plenitudine, & consilio paribus, tenore præsentium declaramus, statuimus, atque decernimus. Insuper hâc eâdem nostrâ perpetuo valiturâ Constitutione, iisdem Motu, scientiâ, deliberatione, potestatis plenitudine, & consilio, memoratam preinsertam dicti Innocentii Prędecessoris Constitutionem cum declarationibus, ac dispositionibus prędictis, omnibusque, & singulis superius expressis, & contentis, contra quoscumque, sive seculares, sive Ecclesiasticos, etiam Regulares, ut prefertur, expressos, qui dictas Hostias, vel Particulas consecratas quocunque modo, etiam sine qualitate furti, per se ipsos, vel alios quoscunque, aut de alterius mandato habuerint, seu retinuerint, vel alio transferre, seu transportare præsumpserint, super quibus stari volumus judicio, & interpretationi prefatorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Inquisitorum, quibus pariter cognitionem super prędictis reservamus juxta casuum, & personarum circumstantias, & qualitates, cum iisdem pœnis, etiam traditionis brachio sæculari earumdem tenore prȩsentium ampliamus, & extendimus. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quȩ memoratus Innocentius Prędecessor in suis Literis præinsertis voluit non obstare, cȩterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quòd prȩsentes Literȩ, postquam ad Valvas Ecclesiȩ Lateranensis, ac Basilicȩ Principis Apostolorum, de Urbe, nec non Cancellariȩ Apostolicȩ, & in Acie Campi Florȩ per aliquem ex nostris Cursoribus, ut moris est, publicatȩ, & affixȩ fuerint, omnes, & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficiant, & arctent, ac si unicuique illorum personaliter intimatȩ, & notificatȩ fuissent, quòdque illarum transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, ac sigillo personȩ in dignitate Ecclesiasticâ constitutȩ munitis, eadem prorsus tam in judicio, quàm extra illud, ubique locorum fides adhibeatur, quȩ ipsismet prȩsentibus adhiberetur, si ostensȩ, & exhibitȩ forent. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, declarationis, statuti, decreti, reservationis, ampliationis, & extensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare prȩsumpserit, indignationem

Omni-

Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romę apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicę millesimo sexcentesimo nonagesimo, undecimo Kal. Januarii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

B. Card. Prodatarius.

J. F. Card. Albanus.

Visa de Curiâ I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo primo, Indictione 13. *die verò* 8. *Mensis Januarii, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. ALEXANDRI Divinâ Providentiâ PP. VIII. Anno secundo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valuas Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Franciscum Perinum ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Curs.*

Præmissâ Constitutione maximè attentâ, subripientes Pyxidem e Cyborio, in quâ sint Sacræ Particulæ, non gaudent Ecclesiæ immunitate; & ideo quum extractus mandato nostro, e loco immuni fuisset N. N. qui furtum attentans e Cyborio Pyxidem abstulerat, & super Altari Sacras Particulas reliquerat, fuit hujusmodi extractio approbata a Sacra Congregatione Sancti Officii, ut ex sequentibus Literis.

MOLT' ILLUSTRE, E REVERENDISSIMO SIGNORE, COME FRATELLO.

N. N. Stante il Sacrilego furto da lui tentato di commettere della Pisside, ed Ostensorio, con Particole, ed Ostia consacrata, non gode l'immunità della Chiesa; onde V. S. deve proseguire contro di lui la causa *pro ut de jure;* il che serva a lei di notizia, e prego Dio, che la ricolmi di vera felicità.

Di V. S. Roma 20. Gennajo 1703.

Monsignore Arcivescovo di Pisa.

Come Fratello Affezionatissimo
G. Cardinale Marescotti.

Decre-

Decreta de non exponendo publicè Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento sine licentiâ Ordinarii.

NOn licere Regularibus, etiam in eorum propriis Ecclesiis Sanctissimum Eucharistię Sacramentum, publicè adorandum exponere, nisi ex causâ publicâ, quę probata sit ab Ordinario, a quo licentia concedatur, declaravit pluries *Sac. Cong. Episcop. & Regular.* in Cajetanâ 25. *Octobris* 1602. in Tortonen. 27. *Maij* 1603. *&* 14. *Aprilis* 1615. in Neapolitanâ 17. *Augusti* 1630. *apud. Barbos. Apostol. decis.* in v. Eucharistia *num.* 6. *& in Collect.* 66. v. Regularium *num.* 3. in Dertonen. 13. *Martii* 1647. *in Synod. Farfen. Eminentissimi Caroli Barberini de Santiss. Euchar. Sacram. cap.* 9. nec non Sacra Ritum Congreg. 26. *Februarii* 1626. *apud eumd. Barbos.* v. Eucharistia *num.* 6. & ita quoque declaratum fuisse testantur *Fagnan. in cap. Grave num.* 77. *de Offic. Ordin. Clericat. de Venerab. Euch. Sacram. decis.* 60. *num.* 9. *& discord. forens. discord.* 43. *n.* 7. *de jurisdict. & discord.* 31. *num.* 32. *de Regular.* & inter ipsos Regulares testes sunt *Lantusc. in Theatro Regul.* v. Eucharistia *num.* 1. *&* 2. *Lezan. summ. quæst. Regular. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 26. *Gavant. Manual.* v. Eucharistia *num.* 54. *Nicol. in Flosculis eod. verbo n.* 23. *Anaclet. in tit. de Offic. Ordinarii num.* 138.

Quod procedere in aliis etiam Ecclesiis quomodocumque exemptis, & non habentibus jurisdictionem in Populum respondit *Sacr. Congr. Episc. & Regular.* 18. *Maij* 1696. *penes Monacell. tom.* 1. *tit.* 6. *Formul.* 20. *num.* 2.

A D

A D C A P. X I.

De Sacrificio Missæ.

Decretum Innoc. XII. super Parochorum obligatione applicandi Sacrificium pro Populo diebus dominicis, & festivis de præcepto.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, emanavit super quodam dubio pro parte Venerabilis Fratris moderni Episcopi Pistoriensis, & Pratensis, Congregationi hujusmodi proposito, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: *Pistorien. & Praten.* Quum Parochi Ecclesiarum Pistorien. & Praten. inter varias opiniones Doctorum involuti, negligant in dies celebrationem, & respectivè applicationem Sacrificii pro Populo, juxta dispositionem Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini: Episcopus ad consulendum, nedum proprię, verùm etiam dictorum Parochorum conscientiæ, supplicat declari: An dicti Parochi teneantur omnibus diebus festis applicare Sacrificium pro Populo, sive habeant congruam, sive non? *Die* 14. *Februarii* 1699. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum censuit dandas esse resolutiones, aliâs hâc de re editas, & signanter in *Nullius Nonantulanâ* Eminentissimo Abbati 30. Augusti 1698. tenoris ut infra: Quum præcepto divino iis, quibus animarum cura commissa est, mandatum sit pro ovibus suis Sacrificium offerre, sæpe aliâs Sacra Congregatio Concilii censuit, Parochos teneri pro Parochianis Sacrificium applicare, & præcipuè in dubio applicationis Sacrificii proposito, & respectivè resoluto sub die 10. Maij 1692. his præcisis verbis concepto: An Parochus Missam celebrare teneatur, & Sacrificium applicare pro Parochianis in diebus Dominicis, & Festis, sive habeat congruam, sive non? Sacra &c. juxta alias Declarationes censuit, *Teneri*, nec posse eisdem diebus aliam eleemosynam re-

Q cipere.

cipere; Ac proinde idem nunc respondendum esse censuerunt Eminentissimi Patres quoad Parochos Nonantulanæ Diœcesis; addentes insuper, quod Emin. V. pro suo Pastorali zelo, detrectantes Parochos compellere non gravetur. *J. Cardinalis Sacripantes Præfectus. Loco ✠ Sigilli.* Quum autem sicut dictus Episcopus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quò firmiùs subsistat, & servetur exactiùs, Apostolicæ Confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimùm desideret: Nos specialem ipsi Episcopo gratiam facere volentes, eumque a quibuscumque Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum, Auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium approbamus, & confirmamus; illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus; Salvâ tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quâvis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Aprilis 1699. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

J. F. Cardinalis Albanus.

Decretum Sacræ Congregationis Concilii.

QUæsitum fuit, an Parochi Terre Urceani, Fanen. Diœcesis, quibus diebus, ex proprio officio, & obligatione tenentur Missam

Missam celebrare, possint pro eâdem Missâ in propriâ, vel alienâ Ecclesiâ celebrandâ, manuales eleemosynas recipere - *Sacr. Congr. die* 1. *Septembris* 1629. respondit: quibus diebus Parochi tenentur Missas celebrare, non posse, manualem eleemosynam recipere - Hanc Sacr. Congr. declarationem referunt *Barbos. de Offic. Paroch. cap.* 11. *num.* 13. *& in Collectan. Doct. ad sess.* 23. *Concil. Trid. cap.* 1. *num.* 4 *Dian. part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 232. *Donat. Prax. Regul. tom.* 4. *tract.* 7. *quæst.* 52. *num.* 2. *Pax Jordan. tom.* 1. *lib.* 4. *Tit.* 1. *num.* 250. *Clericat. discord. Foren. de Benefic. discord.* 28. *num.* 5.

Decretum de conficiendâ Tabellâ Onerum perpetuorum Missarum, & publicè in Sacristiis exponendâ.

QUum Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, non infrequentibus Christi Fidelium querimoniis edocta intelligat, quamplura onera Missarum ab illis, sive ab eorum majoribus, titulo Beneficii fundata, aut pijs donationibus, seu conventionibus constituta, aut ultimâ voluntate relicta, a Rectoribus Beneficiorum, vel ab Ecclesiarum, Locorumve piorum Administris, vel etiam a privatis Sacerdotibus negligi, ita ut earumdem Missarum celebrationi nullatenus, aut diminutè, vel serò satisfiat; Eminentissimi Patres animadvertentes ad hujusmodi incuriam, sive potiùs fraudem eliminandam, quâ piæ testantium voluntates depereunt, obstricta benefactoribus fides violatur, & divinus cultus imminuitur, aliàs sub die 21. Junii 1625. Decreta Generalia de celebratione Missarum jussu San. Mem. Urbani VIII. a se edita, ac typis impressa fuisse, eorundem observantiam, atque custodiam in præsens magis, magisque urgendam, atque inculcandam censuerunt; Utpote quòd in ipsis Decretis huic deterrimo abusui eradicando, qui plerùmque ex damnabilis lucri cupiditate, aut ex faciliori onerum acceptatione suboritur, providè consultum est. Quapropter Sacra Congregatio, quamvis persuadeat sibi Amplitudinem tuam, partes suas circa onerum Missarum adimplementum studiosè procurandum, diligenter obire, nihilominus quia tanti momenti res novum quotidie, atque exuberans studium, & solicitudinem exposcit, eadem Sacra Congregatio speciali aucto-

ritate, per Sanctiss. D. N. sibi attributâ, Amplitudini tuæ injungit, ut ipsorum Decretorum custodiam, atque observantiam in suâ Diœcesi accuratè, & seriò procuret, atque adversus eorumdem violatores animadvertat, & quò faciliùs illorum negligentia, aut fraus detegatur, sedulò perspectis Testamentis, conventionibus, aliisque scripturarum documentis, quibus onera Missarum unicuique Ecclesiæ, sive Loco pio, aut privatis Sacerdotibus incumbentia continentur, vocatis etiam omnibus illis, quorum intersit, Tabella conficiatur, in quâ prædicta onera dilucidè, & distinctè adnotata sint, & publicè in Sacristia ejusdem Ecclesiæ exponatur; Atque ibidem liber quotidiano usui paratus sit, in quo singuli Sacerdotes, qui in eâ Ecclesiâ Sacrificium obtulerint, Missam a se tali die celebratam adnotent, & cujus oneris ratione celebraverint, propriæ manus subscriptione testentur.

Quæ omnia ita diligenter ab Amplitudinis tuæ vigili providentiâ perficienda sperant Eminentissimi Patres, ut ipsa, quòd hujusmodi grave Ministerium tepidè, ac perfunctoriè peregerit, coram Supremo Judice Christo Domino redargui minimè possit, & Amplitudini tuæ copiosa Divinorum Charismatum incrementa ex animo precamur. Romæ 15. Decembris 1663.

Uti Frater
F. Cardinalis Chisius.

Gratis etiam quoad scripturam.

C. de Vecchiis Episc. Clusin.
S. C. C. S.

A D

AD CAP. XII.

De Sacramento Pœnitentiæ.

Casus, qui continentur in Decreto Sacr. Congr. Episcoporum, & Regularium de mandato CLEMENTIS VIII. edito sub die 9. Mensis Januarii Anno 1601. & moderato, ac declarato sub die 26. Novembris 1601. datis in primâ nostrâ Synodo addit. par. 2. *& a quibus nullus Confessarius, sive Secularis, sive Regularis absolvere potest, sed summo Pontifici reservantur.*

I. CASUS clarè, vel dubiè in Bullâ Cenæ contenti.
II. Violatio clausuræ Monialium ad malum finem.
III. Provocatio,& pugna in duello juxta Decretum Concilii Trident. *sess.* 25. *de Reform. cap.* 19. & Constitutionem Gregorii XIII. incipien. *A tollendam*.
IV. Violatio Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregori XIV. incipien. *Quum aliàs nonnulli*.
V. Injectio manuum violentarum in Clericos juxta *Canon. si quis* 17. *quæst.* 4. ac juris dispositionem.
VI. Simonia realis scienter contracta, ac etiam confidentialis in Beneficiis.

Decreta circa facultatem jurisdictionis Fori Pœnitentialis: an Parochi, vel Sacerdotes approbati in unâ Diœcesi possint, invitati a Parochis alterius Diœcesis, Confessiones in eâ audire.

Petente Episcopo Posnanien. declarari.

I. AN Curati unjus Dœcesis, vocati a Parochis alienæ Diœcesis, possint in istâ audire Confessiones, tam suorum subditorum, quàm alienorum absque licentiâ Episcopi?
II. An Sacerdotes approbati ad Confessiones audiendas in unâ Diœcesi, vocati a Parochis alterius Diœcesis, possint in istâ audire Confessiones quorumlibet absque approbatione Episcopi Loci? Et quatenùs negativè ad utrumque.

III. An

III. An, & quomodo in casibus prædictis sit consulendum, si agatur de magno concursu Populi, & magnâ distantiâ adeundi pro approbatione Episcopum Diœcesanum.

Sagra Congreg. Conc. 3. *Decembris* 1707. *respondit*: *ad I.* affirmativè *quoad subditos*, negativè *quoad alios*: *ad II.* negativè: *ad III.* arbitrio, & prudentiâ Ordinariorum.

Declaratio Constitutionis supernâ *CLEMENTIS X. quæ datur in* Addit. ad 1. nostram Synodum par. 2.

Quod Regularibus non liceat Sacramentum Pœnitentiæ in privatis ædibus administrare, ubi prohibetur Decreto Synodali.

Jovis 26. Julij 1674.

SAnctissimus D.N. in Audientiâ, vivæ vocis oraculo declaravit, ex prædictâ suâ Constitutione, nullam facultatem fuisse tributam Regularibus audiendi Confessiones Sacramentales in privatis domibus, ac proinde, minimè licere eisdem Regularibus cujuscumque Ordinis Congregationis, & Instituti, Sacramentum Pœnitentiæ administrare in domibus privatis, extra casus a Jure permissos, & Decretum prohibitionis editum in Diœcesanâ Synodo esse omnino observandum, prout Sanctitas sua illud observari præcepit; Contrariis non obstantibus quibuscumque; Datum Romæ die, & Anno prædicto. *P. Fagnanus &c.*

Decretum circa Sigillum Confessionis.

Feriâ IV. die 18. Novembris 1682.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis, habitâ in Conventu S. Mariæ super Minervam coram Eminentissimis, et Reverendissimis D. D. S. R. E. Cardinalibus in totâ Republicâ Christianâ, contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, a Sanctâ Sede Apostolicâ specialiter deputatis.

PRæviâ maturâ consultatione D. D. Consultorum facta fuit discussio sequentis propositionis. *Scientiâ ex Confessione acquisitâ uti licet, modò fiat sine directâ, aut indirectâ revelatione, & gravamine Pœnitentis, nisi aliud multò gravius ex non usu sequatur, in* cujus

cujus comparatione prius meritò contemnatur: additâ deindè explicatione, sive limitatione, quòd sit intelligenda de usu scientiæ ex Confessione acquisitâ cum gravamine Pœnitentis, seclusâ quacumque revelatione, atque in casu, quo multò gravius gravamen ejusdem Pœnitentis ex non usu sequeretur; & statuerunt dictam propositionem, quatenus admittit usum dictæ scientiæ cum gravamine Pœnitentis, omninò prohibendam esse, etiam cum dictâ explicatione, sive limitatione, & præsenti Decreto prohibent, ne quis ultra audeat talem doctrinam publicè aut privatim docere, aut defendere, sub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis infligendis: mandantes etiam universis Sacramenti Pœnitentiæ Ministris, ut ab eâ in praxim deducendâ prorsus abstineant.

Franciscus Riccardus S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.
Loco ✠ Sigilli.

AD CAP. XIV.

De Sacramento Ordinis.

Constitutio Urbani VIII. contra malè ad sacros, vel minores ordines seu Clericalem characterem ordinantes, & malè ordinatos.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SEcretis æternæ providentiæ consiliis, nullo nostrorum suffragio meritorum, Speculatores Domus Israël, in sublimi Apostolatus culmine constituti, eò potissimum Pontificiæ sedulitatis officia convertenda esse arbitramur, ut qui in sortem Domini vocantur, Christique Militiæ dant nomen, spiritualem Ecclesiæ tranquillitatem non perturbent, sed pacem confirment, vires augeant, ac tam strenuè se gerant, ut ipsam terribilem, quasi castrorum aciem ordinatam, inferæ potestates, ac Principes tenebrarum quotidie magis perhorrescant.

§. 1. Hæc autem quantò impensiùs fieri optamus, tantò majori indignatione irreligiosam quorundam impudentiam detestamur, ac sa-

ac ſacrilegam temeritatem execramur, qui Sacros Canones, Summorumque Pontificum Decreta non verentes, Clericales Ordines illegitimè ſuſcipiunt, ac dum in Eccleſiaſticorum Miniſtrorum cœtum per nefas irrepunt, Dei cultui, animarum ſaluti, omnibuſque ad optimum Chriſtianæ Reipublicæ regimen pertinentibus, plurimùm obeſſe noſcuntur.

§. 2. Aliàs ſiquidem fel. record. Clemens Papa IV. Prædeceſſor noſter, volens periculis animarum eorum obviare, qui vinculo excommunicationis adſtricti, aut apoſtatæ, ſeu irregulares, vel aliàs Ordinum ſacrorum ſuſceptione indigni, ſuam Patriam, in quâ de his haberetur notitia, fugientes, ſe in remotis partibus faciebant ad hujuſmodi Ordines promoveri; ſtatuit, ut nullus Epiſcoporum Italiæ de cætero aliquem Ultramontanum Clericum ordinare præſumeret, niſi ab eodem Clemente Prædeceſſore, vel ab Epiſcopo, de cujus Diœceſi traxerat originem ordinandus, vel in cujus Diœceſi beneficiatus exiſtebat, per ejus patentes Literas cauſam rationabilem continentes, quare ipſum nolebat, aut nequibat ordinare, ſpecialem licentiam haberet, eos verò, quos contra præmiſſa contigiſſet ordinari, manere voluit abſque ſpe diſpenſationis ſuper hoc a Sede Apoſtolicâ obtinendæ, ſuſpenſos, ac ordinantes condignâ pœnitentiâ puniri.

§. 3. Quum autem non ſine gravi animi noſtri moleſtiâ, Nobis innotuerit, quamplures Ultramontanos ſuæ ſalutis immemores, Deique timore poſtpoſito, ad Ordines prædictos, ſine dimiſſorialibus Literis, ſeu etiam cum titulo patrimonii ficto, vel fiduciario, ſeu etiam falſo, cum maximo bonorum omnium ſcandalo, ſe promoveri feciſſe. Nos innumeris, quæ ex minùs canonicâ Clericorum ordinatione hujuſmodi proveniunt, malis, quantum Nobis ex alto conceditur, providere volentes, prædictam Clementis Prædeceſſoris Conſtitutionem, cum omnibus, & ſingulis in eâ contentis approbantes, & innovantes, Motu proprio, & ex certâ ſcientiâ, ac maturâ deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis in Italiâ exiſtentibus, tenore præſentium prohibemus, ne quovis prætextu, & ex quâcumque causâ, Hiſpanos, Luſitanos, Gallos, vel Germanos, alioſque quoſcumque Ultramontanos, & ex quibuſvis Locis, extra Italiam oriundos, non ſolùm ad Sacros, ſed neque etiam ad minores Ordines, vel Clericalem

ricalem characterem promovere audeant, seu præsumant, nisi Dimissoriales suorum Ordinariorum Literas a nostris, & hujus Sanctæ Sedis Nuntiis, seu Collectoribus, in illis partibus commorantibus, recognitas, probatas, & subscriptas habeant, eorundemve Nuntiorum, seu Collectorum subscriptiones a dilecto filio nostro in Almâ Urbe Vicario in spiritualibus Generali similiter examinatæ, recognitæ, & approbatæ fuerint; aliàs promoventes ad annum ab exercitio Pontificalium, promoti verò perpetuæ suspensionis pœnam, absque spe dispensationis a Sede Apostolicâ obtinendæ incurrant eò ipsò. Insuper promotos hujusmodi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciariis Patrimonii titulis scienter se ad Ordines hujusmodi promoveri fecerint, non solùm prædictis, verùm etiam majoribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis pœnis volumus subiacere.

§. 4. Italos verò, si quos in posterùm Clericali charactere insigniri, vel ad minores Ordines promoveri ab alieno Episcopo, cum falsis dimissoriis contigerit, etiamsi qualitatibus per Concilii Tridentini Decretum *cap.* 16. *sess.* 23. requisitis præditi sint, nihilominus (sequutâ tamen prius desuper Judicis Ecclesiastici declaratione) Fori privilegio minimè gaudere, sed sæculari jurisdictioni, ut antea, plenè in omnibus subjacere, & subjectos esse respectivè volumus.

§. 5. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, sublatâ eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quâvis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 6. Per præsentes autem Constitutioni rec. mem. Pii Papæ II. Prædecessoris nostri, contra malè promotos editæ, nullatenus derogare intendimus, sed illam cum omnibus, & singulis in eâ contentis, in suo robore, & efficaciâ permanere, perinde ac si præsentes non emanassent, decernimus.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris 11. Novembris 1624. Pont. nostri Anno 2.

Anno Millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, Indictione septimâ, Pontificatus Sanctissimi Domini N. D. Urbani Divinâ Providentiâ Papæ VIII. die verò decimâ sextâ Mensis Decembris, retroscriptæ Literæ Apostolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, per nos Alexandrum de Rochis, & Fabium Æmilianum Sanctissimi D. Papæ Cursores.

Brandimartes Latinus pro Mag. D. D. Curs.

Hanc Urbani VIII. Constitutionem servandam esse, etiamsi agatur de promovendis Ultramontanis, permanentibus in Collegiis Italiæ declaravit Sacra Congregatio Concilii in *Bononien.* 15. *Martij* 1692.

Decretum Sacræ Congregationis, quo declaratur, ordinari quem posse ad Beneficium insufficiens cum supplemento Patrimonii.

SAcra Congregatio Episcoporum, & Regularium, habitâ sententiâ Congregationis Concilii declaravit, Clericum posse promoveri ad Ordines sacros, etiam Presbyteratus ex redditibus Beneficii, per se insufficientis, cum redditibus Patrimonii, itidem insufficientis, modò simul junctis ipsi alimenta commodè suppeditentur, & Archiepiscopus illum duxerit ordinandum pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ in *Senen. & Veronen. penes Pignat. tom.* 5. *consult.* 77. *num.* 33.

Nec non eadem Sacr. Congr. Concilii in *Soranâ* 26. *Januarii* 1669. *& Camerinen.* 4. *Augusti* 1685. apud Monacell. *part.* 2. *tit.* 13. Formul. 3. *num.* 6.

Taxa Synodalis Loci propriæ originis, non autem Ordinantis in promovendis ab eo ad titulum Beneficii est attendenda.

SAcra Congregatio Concilii in *Ariminen. Ordinationis* 10. *Januarii* 1705. Quum quidam Clericus Ariminensis obtinuisset Beneficium in Loco Sextini *Nullius Diœcesis*, redditus habens sufficientes juxta taxam dicti Loci, & cum Literis Dimissorialibus

Ordina-

Ordinarii ejusdem Loci *Nullius* promotus fuisset ab Episcopo S. Angeli in Vado, & deinde Ariminum reversus, a Vicario Generali, tamquam malè ordinatus, contra formam Bullæ Innocentianæ ab exercitio Ordinum susceptorum suspensus fuisset, ad hæc dubia proposita: I. An suspensio sustineretur, II. An, & quomodo esset concedenda, absolutio, respondit: Ad I. *affirmativè*. Ad II. pariter *affirmativè*, postquam suppleverit taxam Ariminensem, vel per Beneficium, vel per Patrimonium.

Decreta super Alienatione Patrimonii, ad cujus titulum Sacerdos est Ordinatus.

QUi promovetur ad titulum Patrimonii, sub conditione constitutum, donec, & quousque provisus fuerint de Beneficio Ecclesiastico, aut aliunde habuerit, unde commodè sustentari valeat, quo casu adveniente, Patrimonium redeat ad constituentem absque aliâ declaratione, non dicitur spoliatus, neque privatus titulo, quamvis Beneficium, vel Bona acquirat, sed viget Patrimonium, ut priùs, non obstante conditione prædictâ, donec ab Episcopo non fiat subrogatio *Sacr. Congr. Concil.* 12. *Julii* 1687. & nuper in *Senogallien.* 20. *Junij* 1705. quemadmodum etiam firmant *Barbos. de Off. & potest. Episc. alleg.* 19. *num.* 90. *Ventrigl. prax part.* 1. *adnot.* 42. §. 2. *num.* 3. *Panimol. decis.* 6. *adnot.* 3. *num.* 6. ubi alia Decreta Sacr. Congr. habentur.

Resolutio Sacr. Cong. super dubio exposito: An Episcopus teneatur examinare Ordinandos cum Dimissoriis eorum Ordinarii.

SAcra Congregatio Concilii in Verulanâ 17. Januarii 1693. Episcopus Verulanus ad conscientiæ suæ serenitatem, supplicando refert: Quum sæpè contingat, quòd mihi offerantur Clerici Ordinandi, alieni subditi, prævià exhibitione Literarum Dimissorialium proprii Episcopi, attestantis, eorum literaturam, & idoneitatem: Quæro an ipse tenear dictos Ordinandos iterum examinare super dictâ literaturâ, & idoneitate? *Sacr. Congr. respondit: non teneri, sed posse* - apud Monacell. *par.* 1. *tit.* 3. *Form.* 5. *num.* 9. & Reverendissimum Petr. comm. ad Constit. *unic. Urban. II. sect.* 2. *num.* 51. *tom.* 1.

Decretum Sacræ Congregationis quòd habens Villam in alienâ Diœcesi non possit ab eo Episcopo Ordinari.

QUæsitum fuit ab Episcopo Mutinensi in Sacrâ Congregatione Concilii: An ratione habitationis in Villâ tempore æstivo, quis acquirat ibi Domicilium, ita ut fiat subditus ejus Episcopi, in cujus Diœcesi est ipsa Villa, ac proinde possint ab eo Episcopo illi concedi Dimissoriales in præjudicium Episcopi Ordinarii: *Sacra Congr. die* 26. *Januarii* 1658. respondit: ***non acquiri***.

Alia resolutio Sacr. Congr. super Ordinatione alienæ Diœcesis subditi sui Familiaris.

PRoposito dubio: An stante novissimâ Constitutione *Speculatores* Sanctissimi D. N. possit Episcopus familiarem triennalem ad titulum Patrimonii promovere ad Sacros Ordines ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ, nullo collato Beneficio: Sacra Congr. Concilii in unâ *Tricaricen.* 27. *Julij* 1697. *respondit* negativè.

Decreta Sacr. Congr. Concilii, quibus demonstratur observantia Decreti Clementis VIII. quod datur in primâ nostrâ Synodo addit. part. 2. ad cap. 14.

SAcra Congregatio Concillii sub die 20. Julij 1665. pro Regularibus Præmonstratensibus dandam esse censuit sequentem declarationem; Sacr. Congr. &c. censuit Superiores Regulares posse suo subdito Regulari, qualitatibus requisitis prædito, dare Dimissorias ad Episcopū Diœcesanum, nempe illius Monasterii, de cujus Familiâ est promovendus, & si Diœcesanus absfuerit, vel non esset habiturus Ordinationem aut Sedes vacaret, ad quemcumque aliū Episcopum, modò ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quò ad doctrinam; & dummodo ipsi Regulares non distulerint de industriâ concessionem Dimissorialium ad tempus, quo Diœcesanus absfuturus, aut nullas Ordinationes habiturus erat, verùm etiam quum à Superioribus, Diœcesano absente, vel Ordinationes non habituro, Dimissoriæ dabuntur, in eis hujusmodi causam absentiæ, vel Ordinationum non habendarum exprimendam esse. Quòd si Re-

si Regulares ordinandi morentur in Monasterio *Nullius Diœcesis*, Dimissoriæ concedendæ erunt ad Episcopum viciniorem, & in eo procedunt omnia de Diœcesano Episcopo superiùs expressa.

Aliud Decretum.

PRoposito dubio: An Regulares de licentiâ suorum Superiorum possint recipere Ordines, ab Episcopo, in cujus Diœcesi non existunt Monasteria, in quibus ordinandi degant: Censuit Sacr. Congr. Concilii sub *die* 16. *Novembris* 1652. *posse, quando Episcopus proprius est impeditus*, penes *Pignat. consult.* 379. *tom.* 1. *&* *Reverendiss. Petr. comment. ad Constit. unic. Urb. II. sect.* 2. *num.* 5. *tom.* 1.

Item.

SAcra Congregatio Concilii in examinando Decreto Synodi Meliten. quo ad Literas Dimissoriales exhibendas abexteris ordinari volentibus sub *die* 27. *Novembris* 1697. respondit: *quoad Regulares observetur tantùm ad formam Decreti approbati a Clement. VIII. apud Reverendiss. Petr. suprad. sect.* 2. *num.* 5.

Literæ Sacræ Congregationis Sancti Officii super qualitatibus eorum, qui admittendi sunt ad munus exorcizandi energumenos.

MOLT' ILLUSTRE, E REVERENDISSIMO SIGNORE, COME FRATELLO.

ESsendo stati rapprefentati alla Santità di Nostro Signore i gravi disordini, che seguono dalla molteplicità degl' Esorcismi, che quasi universalmente s' inventano, e si praticano dalle persone destinate ad esorcizare; e volendo la medesima colla sua Pastoral sollecitudine dare a' tali inconvenienti il necessario provvedimento (uditi prima gli pareri di questi miei Eminentissimi Colleghi, Signori Cardinali, Generali Inquisitori) hà stabilito, che per mezzo di questa Sacra Congregazione s' ordini a tutti gl' Arcivescovi, Vescovi, ed altri Ordinarj d' Italia, e dell' Isole adiacenti, siccome colla presente si ordina a V. S. che in avvenire non permetta, che alcun Sacerdote, tanto Secolare, quanto Regolare, sia am-

sia ammesso all' esercizio d' Esorcista, senza, che prima le costi della di lui pietà, integrità di vita, e prudenza, e senza, che abbia tutte le qualità ricercate, per tale amministrazione dal Rituale Romano.

Vuole in oltre Sua Beatitudine, ch' ella insista con tutta la sua attenzione, e vigilanza, acciocchè le persone, che da lei saranno stimate capaci di tal ministero, si vagliano della direzione del sopraddetto Rituale Romano, e che non preteriscano le regole, che in quello si prescrivono. Tanto V. S. dovrà eseguire, per ubbidire esattamente agl' intenti, e supremi ordini di Sua Beatitudine; E le auguro vere prosperità.

Roma 21. Giugno 1710.

Di V. S.

Monsignore Arcivescovo di Pisa:

Come Fratello Affezionatissimo
G. Cardinale Marescotti.

AD CAP. XV.

De Sacramento Matrimonii.

Constitutio Urbani VIII. contra eos, qui primâ Uxore vivente ad alias nuptias transeunt.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

MAgnum in Christo, & in Ecclesiâ Matrimonii Sacramentum, ut vitæ est legitima inter Virum, & Fœminam indissolubilis societas, in quâ ex pari consensu semetipsum alter alteri debet: ita gravibus, debitisque pœnis corripiendi sunt ii, qui mandatorum Domini immemores, & posthabitâ propriæ salutis ratione, sacrosanctas hujusmodi Sacramenti leges violare non verentur.

§. 1. Quum itaque, sicut, non sine magnâ animi nostri molestiâ accepimus, ii iniquitatis filii reperiantur, qui sub mentito nomine, seu cognomine, adhuc primâ uxore vivente, ad secundas Nuptias transire audent.

§. 2. Non

§. 2. Nos nefariam improborum hominum hujusmodi temeritatem, juxta creditum Nobis desuper Apostolicæ servitutis Officium, quantùm cum Domino possumus, reprimere volentes, habitâ priùs super hoc cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in universâ Republicâ Christianâ contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus ab hâc Sanctâ Sede deputatis, deliberatione maturâ, hâc nostrâ perpetuò valiturâ Constitutione decernimus, ut hujusmodi sic delinquentes, ultra pœnas, quibus ipsi ordinariè puniri solent, damnentur ad Triremes in perpetuùm. Quod si inhabiles reperti fuerint, publicè fustigentur, & damnentur ad Carceres in perpetuùm. Si verò pro qualitate, & enormitate delicti graviores pœnas meruerint, etiam Curiæ sæculari arbitrio eorundem præfatæ Congregationis Cardinalium puniendi tradantur.

§. 3. Decernentes præsentes Literas, omniaque, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quòd quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, ad ea vocati, & auditi, minusque causæ, propter quas eædem presentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu aliàs sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversùs illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remediũ impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concesso quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis, & faciendis, comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuòque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis, per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam

de la-

de Latere Legatos, & Nuntios, ac alios quâvis auctoritate, & potestate fungentes, sublatâ eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quâvis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 20. Junij 1637. Pont. Nostri Anno 14.

Decreta Sacræ Congregationis Concilii super diversis dubiis Sacramentum Matrimonii concernentibus.

PRopositis Sacræ Congregationi Sancti Officii aliquibus dubiis, iisque remissis ad Sacram Congregationem Concilii, in quibus quærebatur.

Primò: An Capellani cujusvis Exercitus, sive Regulares, sive Sæculares catholici, possint administrare Militibus in Præsidiis degentibus Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ per modum Viatici, & Extremæ Unctionis sine speciali facultate Sedis Apostolicæ, vel licentiâ, & approbatione Ordinarii, in cujus Diœcesi extare contigerit?

Secundò: An assistere Matrimoniis Militum cujuscumque stationis, degentium in Præsidiis cum militaribus Fœminis, sine dictâ facultate Apostolicâ, & præcedenti probatione status liberi, ejusque recognitione coram Ordinario Loci, & licentiâ Parochi sub cujus Parochiâ maneant?

Tertiò: An idem cum Militibus degentibus in Castris, & stationibus hybernis, vel æstivis?

Quartò: An idem cum Militibus in actuali expeditione positis?

Quintò: An idem cum Militibus nubere volentibus cum Fœminis non militaribus, sed Italis originariis Loci, sivè Diœcesis in quâ reperiuntur?

Sextò: An Milites Acatholici cum Acatholicis contrahentes, teneantur servare formam præscriptam a Sac. Conc. Trid.

Septimò: An eò magis Acatholici contrahentes cum Acatholicis Mulieribus militaribus, & non militaribus in Præsidiis, Castris, & expeditione manentes?

Octavò: An Capellani Acatholici assistere possint Matrimoniis Acatho-

Acatholicorum cum Acatholicis, & respectivè Catholicis, etiam intra fines Italiæ? Et quatenus negativè in omnibus, præter sextum, & septimum.

Nonò: An, & quod pro sanatione gestorum in præteritum, & faciendorum in futurum super prædictis omnibus pro certâ regulâ Sanctissimo consulendum, & statuendum sit?

Sacra Congregatio die 6. Martii 1694. respondit. Ad primum *Negativè*. Ad secundum *Negativè* confirmat *in Casalen.* 28. *Junij* 1704. Ad tertium *Negativè*. Ad quartum *Negativè*. Ad quintum *Negativè*. Ad sextum *Affirmativè*, ubi publicatum fuit Concilium juxta Decretum Sacræ Congregationis 26. Septembris 1602. Ad septimum *Affirmativè*, & ulterius indigere dispensatione, ut Matrimonia licitè fiant. Ad octavum *Ut ad* 6. Ad nonum: *Quoad præteritum circa Sacramentum Pœnitentiæ non esse inquietandas conscientias, & circa Matrimonia pro sanatione cum Sanctissimo, renovato consensu, etiam coram Confessario, qui teneatur tradere testimonium renovationis consensuum Parocho illius Loci, ubi sequuta est talis renovatio consensus.*

Literæ Sacræ Congregationis Sancti Officii, ad Vicarium Generalem Pisanum, super Græcorum cum Mulieribus Ritus Latini Matrimonio contrahendo.

REVERENDO SIGNORE.

SU la domanda da lei fatta a questa Sacra Congregazione: Se il Matrimonio da contrarsi dal Greco con la Neofita Ebrea battezzata in Livorno, secondo il Rito Latino, debba celebrarsi avanti il Paroco Greco, o pure Latino: la medesima Sacra Congregazione ha risoluto, che debba assistervi il Paroco Latino, ed osservare il Rito Latino, e Dio la guardi.

Roma 21. Febbrajo 1699.

Al suo piacere
Il Cardinale Cibo.

Aliæ resolutiones Sacræ Congregationis Concilii super varijs dubijs ad Sacramentum Matrimonii spectantibus.

QUæsitum fuit in Sacrâ Congregatione Concilii.

I. An Episcopus possit punire contrahentes Matrimonium, contra ejus prohibitionem contractum.

II. An eos, qui contrahunt coram Parocho, ex causâ justâ dissentiente.

III. An eos, qui contrahunt omissis denunciationibus.

IV. An possit punire Testes, intervenientes in supradictis casibus.

V. An possit in iisdem casibus punire pœnis pecuniariis, Locis tamen piis applicandis.

Sacra Congregatio ad I. II. & III. respondit *Episcopum posse*. Ad IV. *posse* quatenus Testes sint in dolo. Ad V. pariter respondit *posse* sub die 10. Februarii 1629.

Eadem Sacra Congregatio in Savonen. 2. Martij 1595. respondit: *Matrimonii contractum servatâ formâ Concilii esse validum, etiamsi antea Episcopus inhibuisset Parocho, licèt hic puniri valeat ob inobedientiam* lib. 8. decret. fol. 106.

A D C A P. XVI.

De Sacris Reliquiis, & Imaginibus Sanctorũ.

Decretum Sac. Concil. Trid. in sess. 25. de Invocatione, Veneratione, & Reliquiis Sanctorum, & Sacris Imaginibus.

HÆC, ut fideliùs observentur, statuit sancta Synodus, nemini licere ullo in loco, vel Ecclesiâ, etiam quomodolibet exemptâ, ullam insolitam ponere, vel ponendam curare Imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit: nulla etiam admittenda esse nova miracula, nec novas Reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente, & approbante Episcopo, qui simul atque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciat, quæ veritati, & pietati consentanea judicaverit.

Decre-

Decreta de Defunctis cum Sanctitatis famâ, nè privatim, vel publicè colantur, neque eorum Imagines, vel miraculorum signa exponantur, antequam canonizentur, vel Beati declarentur.

Feria V. die 2. Octobris 1625.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis habitâ in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram Sanctissimo D. N. D. Urbano Divinâ Providentiâ Papâ VIII. ac Illustriss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus adversùs hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus a S. Sede Apostolicâ specialiter deputatis.

QUum Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. Urbanus Divinâ Providentiâ Papa VIII. die 13. Martij 1625. Decretum ediderit infrascripti tenoris, videlicet, Sanctiss. D. N. solicitè animadvertens abusus, qui irrepserunt, & quotidiè irrepere non cessant in colendis quibusdam cum Sanctitatis, aut Martyrii famâ, vel opinione defunctis, qui, & si, neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti sint ab Apostolicâ Sede, eorum tamen Imagines in Oratoriis, atque Ecclesiis, aliisque locis publicis, ac etiam privatis cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus proponuntur, miracula, & revelationes, aliaque beneficia, a Deo per eorum intercessiones accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorum sepulchra Tabellæ, Imagines, & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur; Volensque proinde hujusmodi abusibus pro debito officii Pastoralis occurrere (re etiam cum Illustriss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem in Universâ Republicâ Christianâ Generalibus Inquisitoribus communicatâ, & maturè consideratâ, ac discussâ) declaravit, statuit, & decrevit, ne quorumvis hominum, cum Sanctitatis, seu Martyrii famâ (quantacumque illa sit) Defunctorum Imagines, aliaq; prædicta, & quodcumque aliud venerationem, & cultum præseferens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel Ecclesiis tam Sæcularibus, quàm Regularibus, cujuscumque Religionis,

Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apostolicâ Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (siquæ appositæ sunt) amoveantur, prout eas statim amoveri mandavit.

Ac pariter imprimi de cætero inhibuit libros eorumdem hominum, qui Sanctitatis, sive Martyrii famâ, vel opinione, ut præfertur, celebres a vitâ migraverint, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia, tanquam eorum intercessionibus a Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid novum, ac inordinatum in re tam gravi committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, ejusque responsum expectet. Revelationes verò, & miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus hactenus sine recognitione, atque approbatione hujusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque Sua Sanctitas.

Ad horum hominum sepulchra vetuit etiam, ac inhibuit Tabellas, atque Imagines, ex cerâ, aut argento, seu ex aliâ quâcumque materiâ, tam pictas, quàm fictas, atque exsculptas appendi, seu affigi, & lampades, sive alia quæcumque lumina accendi, sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra, faciendâ, Sedique Apostolicæ referendâ, ac probandâ,

Declarans, quòd per suprascripta præjudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui, aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientiâ, ac tolerantiâ Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii coluntur.

Ut autem præmissa diligentiùs observentur, Universis, & singulis, tam Ordinariis, quàm hæreticæ pravitatis Inquisitoribus districtè præcipit, ut in suâ quisque Diœcesi, vel Provinciâ sedulò pervigilet, ne, sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliave contra superiùs disposita fiant; transgressores verò, si Regulares fuerint, privationis suorum Officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, nec non, & suspensionis a Divinis: si verò Clerici Sæculares privationis pariter suorum Officio-

Officiorum, & suspensionis a Divinis, & ab administratione Sacramentorum, exequutioneq; suorum Ordinum respective, aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo. Qui autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculpserint, seu quoquo modo effinxerint, vel formaverint, cæterique Artifices circa præmissa, qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisque, etiam corporalibus pœnis juxta criminis gravitatem eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur, contrariis quibuscumq; non obstantibus.

Et ne premissorum ignorantia posit ab aliquo prætendi, voluit, ut Decretum hujusmodi, seu illius exemplum ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum Urbis, ac in Acie Campi Floræ affixum omnes perinde arctet, atque afficiat, ac si unicuique personaliter intimatum fuisset, quòdque præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personæ in Ecclesiasticâ Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Postmodum verò idem Sanctiss. D. N. a quibusdam revocari in dubium accepit: an Tabellas, & Imagines, quas in posterùm offerri contigerit, recipere, & antea oblatas conservare liceret; Sanctitas Sua, quæ tantummodo voluit, occurrendo abusibus, qui irrepere videbantur, certiorem parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum Sanctimoniam Divinæ Clementiæ placuerit admirandis operibus illustrare, re priùs cum Illustriss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus, contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus communicatâ, præsenti Decreto declaravit, quòd sicut nunquam prohibuit, nec suæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque Tabellarum, & Imaginum hujusmodi, ita, ut nulli deinceps hæsitationi locus relinquatur, statuit in præsentiarum, & decernit, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum Sæcularem, seu Regularem Tabellas, & Imagines, aliudve simile quisquam detulerit, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel Beatos non adscriptorum, quamvis cùm Martyrii, vel Sanctitatis famâ demortuorum, optata se impetravisse dixerit, liceat Ecclesiasticis personis Ecclesiarum, locorumve prædictorum curæ præpositis, Tabellas, & Imagines, sive pictas,

pictas, sive ex quâvis materiâ fictas, atque alia quaecumque collatae gratiae fidem facientia, simul cum deferentis, aliorumque, qui conscii fuerint, attestationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre statim omnia teneantur, in secreto aliquo seorsum ab Ecclesiâ loco custodire, ibidemque jam amota collocare, & asservare, ut, si quando Dominus talium Virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in Terris decorare voluerit, extent hujusmodi Sanctitatis qualescumque probationes, Apostolicae Sedis judicio tunc examinandae, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Literae Urbani VIII. quibus, recensitis praemissis Decretis nonnulla adduntur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

COELESTIS Hierusalem Cives &c.

Omittuntur Decreta supra posita.

DEmum verò, ut ejusmodi Decreta observarentur indubiè, ac omnimodam sortirentur exequutionem, cum eisdem Cardinalibus re pariter communicatâ, deque eorundem consilio, praemissis addidimus, statuimus, decrevimus, atque declaravimus, ne ex tunc deinceps quispiam Ordinariorum, aut ab Apostolicâ Sede ad hoc specialiter Delegatorum super alicujus utriusque sexus cum Sanctitatis, aut Martyrii famâ, vel opinione defuncti miraculis, revelationibus, aliisque ejusmodi Sanctitatem redolentibus, ex integro informationes quoquomodo reciperet, aut processum instrueret, vel huc usque receptas informationes, instructumve processum ulteriùs prosequeretur, nisi postulator priùs per legitimas juridicè susceptas probationes circa personam ejus, de cujus miraculis, revelationibus, aliisve rebus gestis Sanctitatem praeseferentibus ageretur, praescriptam in praefato nostro Decreto formam omnino servatam extitisse docuerit, & nisi postea successivè idem Ordinarius, aut ab Apostolicâ Sede ad hoc specialiter Delegatus, diligenti praehabitâ disquisitione, circa eandem personam supracitato Decreto

Decreto nullatenus contraventum esse, ritè pronunciaverit; utque id inviolabiliter observetur, statuimus insuper, ac decrevimus, ne transmissi ad Urbem undecumque hujusmodi processus a Congregationis Sacrorum Rituum Secretario, minùsve a sanctæ Fidei Promotore quomodolibet aperirentur, nisi priùs in ipsâ Sacrorum Rituum Congregatione, alio sejunctim oblato authentico processu, ex eo Ordinarium, aut ab Apostolicâ Sede specialiter Delegatum, ritè, ac rectè, ut præmittitur, cognovisse, ac pronunciasse prælibato Decreto nequaquam contraitum esse, plenè constiterit, ac deinde a Nobis judicialiter aperiendi eos processus facultas indulta fuisset. Insuper longissimum tempus, illiusve immemorabilem cursum, de quo in prædicto Decreto, intelligi declaravimus esse tempus centum annorum metam excedens, deque his, atque infrascriptis omnibus, quæ in his Decretis disposita, & ordinata sunt, aliquâ suboriente difficultate, Ordinariis Locorum, & Delegatis Apostolicis quibuslibet omnem omnino interpretandi facultatem ademimus, utque Sedem Apostolicam desuper consulerent, ab eâque responsum expectarent, mandavimus eisdem, & aliàs prout in Decretis desuper editis pleniùs continetur. Quare inviolabili Decretorum prædictorum observationi quantùm cum Domino possumus consulere volentes; Motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac merâ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Decreta prædicta, cum omnibus, & singulis in eis contentis, tenore præsentium, perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus; omniaque & singula Decreta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, observari omnino præcipimus sub pœna nullitatis quarumcumque informationum, processuum, ac interpretationis aliter, quàm præviâ suprascriptâ præcognitione instructorum, eorumque admissionis, publicationis, ac interpretationis, itaut earundem informationum receptiones, processuumve instructiones, nec non eorum admissiones, ac publicationes habeantur pro non receptis, non instructis, non admissis, non publicatis, non interpretatis, eorumque amplius ratio aliqua nullatenus alicubi unquam haberi debeat. Decernentes præsentes Literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo, quod quicunque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu quomodolibet habere prætendentes, ad præmissa vocati, & auditi, minci-

minùsque causæ, propter quas eædem præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu aliàs sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, & invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata & adimpleta non ferint, aut ex quovis alio capite, a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliquâ resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumq; alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causâ, etiam quantumvis justâ, rationabili, & privilegiatâ etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, aut quòd de voluntate nostrâ hujusmodi, & aliis superiùs expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversùs illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ, remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concesso quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse; neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuòque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac per omnes, & singulos ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari, sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuntios, & alios quâvis auctoritate, & potestate fungentes, in quâvis causâ, & instantiâ; sublatâ eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam, quâvis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quò circa Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Loco-

Locorum Ordinariis, nec non dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis Nuntiis, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ubilibet existentibus, per Apostolica scripta mandamus, ut statim atque præsentes Literæ nostræ ad eorum, & cujuslibet eorum notitiam pervenerint, in suâ quisque respectivè Diœcesi, vel Provinciâ, sedulo pervigilet, ne sine approbationibus prædictis Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliave contra superiùs disposita fiant; trasgressores verò, si Regulares fuerint, privationis suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, nec non suspensionis a divinis, si verò Clerici Sæculares privationis pariter suorum officiorum, suspensionis a divinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum Ordinum respectivè, aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo. Qui autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculpserint, seu quoquomodo effinxerint, vel formaverint, cæterique artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisque, etiam corporalibus pœnis juxta criminis gravitatem eorundem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque oportuna juris, & facti remedia, omni, & quâcumque appellatione, recursu, & reclamatione remotis, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus, quatenus opus sit, rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de unâ, & in Concilio generali editâ de duabus dietis, cæterisq; in contrarium facientibus quibuscumque.

Verùm quia aliqui adhuc super illis hæsitare non cessabant, idem Sanctiss. D. N. infrascriptas, Declarationes, ac insuper alia Decreta inferiùs adnotata per nonnullos Eminentissimos, & Reverendissimos DD. S. R. E. Cardinales, & RR. PP. DD. Romanæ Curiæ Prælatos diligenter examinata fieri mandavit.

Imagines eorum, qui cum Sanctitatis, seu Martyrii famâ obierunt, non apponantur in Altari publico, vel privato, & multò minùs cum Diademate, laureolis, aut radiis, seu splendoribus, vel alio quocumque modo venerationem, & cultum præseferente, & indicante. Hæc enim

 probi-

prohibentur apponi, non solùm in Altaribus prædictis, sed etiam in Oratoriis, vel Ecclesiis, aut locis publicis, seu privatis quibuscunque, antequam a Sede Apostolicâ canonizentur, vel Beati declarentur.

Responsum, quod a Sede Apostolicâ in vim prædictorum Decretorum expectare debent Ordinarii Locorum, ut imprimi possint libri continentes gesta, miracula, seu revelationes eorum, qui cum prædictâ famâ Sanctitatis, seu Martyrii decesserunt, non detur, nisi cum infrascriptis protestationibus in dictis libris, & historiis inserendis. Declarando, etiam expressè, quòd tales libri, seu historiæ, licèt ab Ordinariis revisæ, & post Sedis Apostolicæ responsum approbatæ, non faciant majorem gradum probationis in ordine ad Canonizationem, seu Beatificationem, quam quæ alias absque tali approbatione de jure fecissent, non obstante quocumque longissimi temporis cursu.

Protestatio Auctoris in principio libri imprimenda.

QUum Sanctissimus D. N. URBANUS PAPA VIII. die 13. Martij Anno 1625. in Sacrâ Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemq; confirmaverit die 5. Julij 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitatis, seu Martyrii famâ celebres, e vitâ migraverunt, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumq; beneficia, tanquam eorum intercessionibus a Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenus sine eâ impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata. Idem autem Sanctissimus die 5. Junij 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati absolutè, & quæ cadunt super personam, bene tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem, cum protestatione in principio, quòd iis nulla adsit auctoritas ab Ecclesiâ Romanâ, sed fides tantùm sit penes Auctorem. Huic Decreto, ejusque confirmationi, & declarationi observantiâ, & reverentiâ, quâ par est, insistendo, profiteor me haud alio sensu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ea solent, quæ humanâ dumtaxat auctoritate, non autem Divinâ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

Sequens

Sequens verò in fine Libri.

LECTOR adverte in Elogiis Virorum Illustrium, quos hoc libro complexus sum, nonnulla me obiter attingere, quæ Sanctitatem ipsis videantur adscribere: perstringo nonnunquam aliqua ab iis gesta, quæ, quum vires humanas superent, miracula videri possunt, præsagia futurorum, Arcanorum manifestationes, revelationes, illustrationes, & si quæ sunt alia hujusmodi: beneficia, item in miseros mortales eorum intercessione divinitus; demum nonnullis Sanctimoniæ, vel Martyrii videor appellationem tribuere. Verùm hæc omnia ita meis lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi tanquam ab Apostolicâ Sede examinata, atque approbata, sed tanquam, quæ a solâ suorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quàm humanam historiam. Proinde Apostolicum Sacræ Congregationis, Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Decretum Anno 1625. editum, & Anno 1634. confirmatum integre, atque inviolatè, juxta declarationem ejusdem Decreti à Sanctiss. D. N. D. URBANO PAPA VIII. Anno 1631. factam servari a me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes ulli arrogare, vel famam, & opinionem Sanctitatis, aut Martyrii inducere, seu augere, nec quicquam ejus existimationi adjungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando ullius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu a me relinqui, quem seclusâ hâc meâ lucubratione obtinerent, non obstante quocumque longissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profiteor, quàm decet eum, qui Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab eâ in omni suâ inscriptione, & actione dirigi.

Ego N. N.

P*Articularis Processus cum subsequenti pronunciatione Ordinarii, seu Apostolicæ Sedis Delegati, sicut præcedere debet ex formâ prædictorum Decretorum, super cultu non adhibito, ita etiam præcedere debet, & ab eisdem respectivè faciendus est, quando aliquis Postulator allegaret, se versari in uno ex casibus exceptuatis; nempe quod cultus*

fuerit adhibitus ex Indulto Summorum Pontificum, vel permissione Sacræ Congregationis, vel per communem Ecclesiæ consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientiâ, atque tolerantiâ Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii, ut semper appareat in primis fuisse satis factum supradictis Decretis.

Votivæ Tabellæ, Imagines, & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, quæ in secreto retineri mandantur, etiam in Sacrario custodiri permittuntur, secreto tamen, & eo modo, quo cultum, & venerationem non præseferant.

ALIUD DECRETUM.

QUum in totâ Ecclesiæ gubernatione nihil majus, nihil sit augustius Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum, utpotè homines jam demortuos, etiã cum famâ Sanctitatis, ac miraculorũ, declarare pro Sanctis, eosque ut tales colendos, & venerandos decernere.

Sacra Rituum Congregatio, ut res hæc planè amplissima, atque gravissima ritè, sanctèque conficiatur, prohibet omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam Secularibus, quàm Regularibus, etiam S. Joannis Jerosolymitani, Soc. Jesu, vel aliorum quantumvis speciali notà dignorum Ordinum, ne audeant ipsi per se, aut per alios capere informationes super Sanctitate, aut miraculis alicujus Defuncti, neque ullo modo exquirere, aut obtinere ad hunc effectum extrajudiciales testificationes, aut subscriptiones sub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis infligendis. Quòd si Superiori, Sacristæ, seu alteri Officiali illius Ecclesiæ, in quâ requiescit Corpus ipsiusmet Defuncti, vel alterius etiam Ecclesiæ, fuerint revelata aliqua miracula, seu prophetiæ dona, possint ea recipere sub sigillo secreti ab ipsis tantùm Relatoribus, in quorum gratiam contigisse narrabitur; teneantur tamen, quàm primùm commodè poterunt, eadem deferre, vel obsignata transmittere Episcopo Loci, cum expressâ declaratione, quòd revelationes sic, ut supra, receptæ, non faciant aliquem probationis gradum, etiam cujusvis longissimi temporis cursu.

Quòd Decretum, quum fuerit ad notitiam Sanctissimi D. N. Urbani Papæ VIII. deductum, Sanctitas Sua illud approbavit, ac imprimi, & ubique publicari mandavit. Die 21. Martij 1631.

Literæ

Literæ pro Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis.

ADMODUM Illustriss. & Reverendissime Domine. Quum quotidie magis notum fiat, quantâ sinceritate mentis, & maturitate cognitionis incipere, & prosequi deceat eorum causas, qui diem ultimum objere non sine aliquâ Populis relictâ opinione Sanctitatis, & quàm accuratè, fideliterque in re tanti momenti adhiberi testes, & in examen vocari conveniat; Sacra Rituum Congregatio (facto priùs verbo cum Sanctissimo) ne aliquis subrepat abusus, jussit Amplitudinem tuam hâc peculiari epistolâ fieri certiorem de iis, quæ in adjuncto Decreto continentur, nempe ut curet, ne in posterùm ullâ ex parte adversùs illud a quopiam in tuâ Diœcesi aliquid committatur, sed ab omnibus omnino inviolabiliter observetur; & quando apud Amplitudinem tuam ab aliquo petitum fuerit, ut velit inquirere in sanctitatem vitæ, & miracula alicujus, qui cum prædictâ famâ obiisse dicatur (quoniam nimia plerumquè proclivitas, atque celeritas occasionem errori præbet) non priùs generaliter super vitæ sanctitate inquiri permittat, quàm particulariter de alicujus virtutis eminenti gradu, aut peculiari aliquo miraculo præcedat famæ comprobatio, prout prudentiæ tuæ magis expedire videbitur. Quod per te ipsum exequi Sacra Congregatio summopere exoptat; sed si ob invaletudinem, sive ob legitimum aliud, & grave impedimentum id conficere non valebis, super quo conscientiam tuam onerat eadem Congregatio, poterit Amplitudo tua delegare Vicarium tuum generalem, vel alium in dignitate Ecclesiasticâ constitutum, qui delegatus; sive ille sit Vicarius, sive cujuscumque dignitatis, cum aliis ad minus duobus doctis viris, altero scilicet Magistro in Theologiâ, altero verò graduato, vel licentiato in Jure Canonico, rem totam ita peragere debeat, ut omnes sua nomina subnotent post subscriptionem cujuscumque testis, antequam discedant a loco ipsius examinis. Curabit insuper Amplitudo tua, ut testes omnes, quæcumque habent, explanatè, & per extensum deponant, nec se referant ad attestationes redditas, neque eis recitentur, quæ alias ipsi deposuerunt; postquam verò fuerint per Amplitudinem tuam, vel per alios a te ex causis supra narratis subrogatos, acta completa, secretò retineantur, præstito etiam juramento

a Nota-

a Notario, & testibus, se nemini promulgaturos quicquid ipsi scripserint, & respectivè deposuerint, vel de quibus interrogati fuerint. De his autem actis per te, aut jussu tuo confectis certiorem statim reddere debebit Amplitudo tua Summum Pontificem, eaque, quantò citius poterit, authenticè transcripta, ac sigillo obsignata ad Sacram Rituum Congregationem transmittere. Originalia verò eodem modo obsignata, & in capsâ clausâ pluribus clavibus, quæ diversis ad arbitrum tuum custodiendæ tradantur, in Archivio Episcopali conserventur. Notum tamen sit Amplitudini tuæ, neque per hanc Epistolam, neque per aliquid in eâ propositum voluisse Summum Pontificem, neque Sacram Rituum Congregationem tribuere, aut augere jurisdictionem, seu facultatem, quæ alias Episcopis competere posset. Atque, ut hæ Literæ nullâ in posterum oblivione deleantur, sed semper in recordatione vigeant tuâ, & tuorum deinceps Successorum, dabit operam Amplitudo tua, ut illæ quanto citius tam in Curiâ tuâ Episcopali, quàm in Archivio Capitulari ad perpetuam rei memoriam asserventur. Vale. Datum Romæ die 12. Martij 1631.

Amplitudinis tuæ.

Uti Frater.

Decreta jussu SS. D. N. D. Innocentii Papæ XI. edita Anno 1678. *super processibus ordinariâ auctoritate peragendis.*

ANimadvertens eadem Sacra Congregatio, quàm necessarium sit, ut Processus auctoritate ordinariâ fabricandi conficiantur cum maximâ diligentiâ, censuit mandari Ordinariis Locorum, ut ultra Testes inductos a Postulatoribus, teneantur ipsi quoque inquirere, ac examinare alios Testes, bene instructos super vitâ, & moribus Servi Dei, & si aliquid repererint in contrarium, quod ipsis videatur relevans, supersedeant in ulteriori inquisitione, donec Sacra Congregatio, ab eis certiorata per Literas, mandet quid agendum sit.

Quum in Decreto approbato a fel. rec. Urbano VIII. die 21. Martij 1631. impresso in libello pag. 57. Sacra Congregatio cognoscens, quòd in hâc re, utpote gravissimâ, ritè, sanctèque procedendum est, prohibuerit omnibus, & singulis personis Ecclesiasti-

ſiaſticis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, quantumvis ſpeciali notâ dignis, ne audeant per ſe, vel per alios capere informationes ſuper Sanctitate, aut miraculis alicujus, nec ullo modo exquirere, aut obtinere ad hunc effectum extrajudiciales teſtificationes, aut ſubſcriptiones, ſub pœnis arbitrio ipſius Sacra Congregationis infligendis, illud confirmando juſsit, quòd hujuſmodi extrajudiciales atteſtationes, non ſolùm exquiri, aut obtineri non valeant, ſed rurſus quòd hactenus obtentæ, ſive in futurum obtinendæ, non faciant aliquem gradum probationis, nec inſeri poſsint in Proceſſibus tam Ordinariâ, quàm Apoſtolicâ auctoritate fabricandis.

Decretum ſuper cultu Beatis adhuc non Canonizatis præſtando à Sacrâ Rituum Congregatione habitâ coram SS. Domino Noſtro Alexandro Papâ VII. emanatum.

AD aures Eminentiſſimorum Patrum Congregationis Sacrorum Rituum plures devenerunt, qui patrantur, Indultorum exceſſus, in materiâ præſtationis cultus Beatis adhuc non canonizatis.

Quamobrem eos eliminare, ac, ne in futurum inducantur, providere ſtudentes, ad infraſcripta devenerunt decreta, &

1. Quod eorundem Beatorum Imagines, etiam non principaliter, & uti ſimplices appoſitæ, Simulacra, Picturæ, Tabellæ, aut Scripturę eorum præclara geſta repræſentantes, aut referentes, in Eccleſiis, Sacrariis, & Oratoriis, quibuſcumque, & præſertim in quibus Miſſæ Sacrificium, vel alia divina officia peraguntur, inconſultâ Sede Apoſtolicâ nullo pacto exponantur.

2. Quod ubi indultum fuerit per ſedem Apoſtolicam Imagines, Simulacra, pictaſque Tabellas in Eccleſiis poni, & coli poſſe, in pariete tantùm, non autem ſuper Altari collocandi facultas tributa cenſeatur.

3. Quod ſi conceſſa fuerit per eandem Sedem Apoſtolicam Altarium erectio, non tamen ob id Miſſam, & Officium de prædictis Beatis celebrandi, vel recitandi facultas tradita præſumatur; Etenim ſpecifica, & expreſſa conceſſio ſuper his præcedere debet.

4. Ubi in uno Loco cultus fuerit conceſſus, non extendatur, inconſulto Pontifice, ad alium Locum, quamvis aliâ concurrente auctoritate.

5. In Locis, ubi Beatos prædictos ab omnibus coli permiſſum fuit,

fuit, non inde publica Officii recitatio permissa censeatur, sed tantummodo privata, nec satisfactoria præcepto recitationis, nisi quoad illos, quibus Sedes Apostolica hoc indulserit.

6. Missæ pariter, quæ fuerint indultæ certis personis, nempe Presbyteris Regularibus, vel Sæcularibus alicujus Loci, vel Monasterii, seu Presbyteris alicujus Ecclesiæ servitio præcipuè addictis, a confluentibus Sacerdotibus quâvis dignitate, etiam Cardinalatus insignitis, minimè celebrentur.

7. Dies festi in Beatorum eorumdem memoriam non celebrentur, nisi speciali Indulto Apostolico provisum fuerit.

8. Eorundem nomina in Kalendariis non apponantur, nisi illius tantum Loci, earumque personarum, in quo, & a quibus cultus cum Officio, & Missa celebratur.

9. In quibusvis Ecclesiasticis precibus, etiam in Oratoriis privatis recitandis, particularia eorumdem suffragia non apponantur, vel recitentur.

10. Publicis in precibus, præter indultas, & à Sede Apostolica approbatas, iidem Beati non invocentur.

11. Eorumdemq; Reliquiæ in processionibus minime circumferantur.

Sacra tamen Congregatio præsentibus declaratione, & jussione removere non intendit cultum Beatis per communem Ecclesiæ consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum scripta, vel temporis centum annorum metam excedentis scientiam, aut tolerantiam Sedis Apostolicę, aut Ordinariorum hactenus præstitum, ac certis modo, & formâ ab eo tempore eis exhibitum. Verùm si a centum annis citra cultus hujusmodi aliquâ ex parte constiterit auctus, & extensus, eo casu Sacra eadem Congregatio eundem in pristinum reduci jubet: prout quemvis cultum, extra casus predictos, ad expressa tantùm verbaliter in Apostolicis Indultis, omnino revocari mandat, sub pœnis &c.

Firmis quoq; remanentibus Decretis, nempe, ne Beati in Patronos eligantur, ne eorum Natalitia cum Octavis celebrentur, & aliis quibuscumq; a Sacra Congregatione hactenus emanatis, quæ præsenti Decreto renovantur.

His autem Sanctiss. relatis, & in Congregatione Sacrorũ Rituum ordinariâ habitâ corã Sanctitate Suâ per Eminentiss. & Reverendiss.

D. Car-

D. Cardinalem Sacchettum accuratè perlectis, & maturè discussis, Sanctitas Sua ea approbavit, & pro omnimoda eorumdem observatione mandavit Typis imprimi, ad Valvas affigi, & publicari, ut elapso termino sex mensium à die publicationis eorumdem, omnes, & singulos afficiant, & arctent, ac si omnibus, & singulis eadem exhibita, vel personaliter præsentata, intimata, seu notificata fuissent. Indulsitq; Locorum Ordinariis, aut auctoritate Sedis Apostolicâ possint, imò debeant Sæculares, & Regulares quoscumque quantumvis exemptos, etiam Soc. Jesu S. Antonii Viennensis, & S. Joannis Jerosolymitani, ac reliquos omnes speciali expressione indigentes, etiam sub Censuris compellere.

Qumque aliqui nulli subdantur Episcopo, qui eos, si excesserint, exercere valeant; eo casu à Sedis Apostolicæ Nunciis, si aderint, sin minus, ab Archiepiscopo in quorum Provinciis, vel Episcopis Romano tantùm Pontifici subjectis, intra, vel prope quorum Diœcesis limites eorum Ecclesiæ, vel Monasteria sita fuerint, tanquam à Sede Apostolica delegatis ad hujusmodi Decretorum observationem prædicti omnino cogantur. Die 17. Septembris 1659.

J. Episcopus Sabinen. Card. Sacchettus.

Loco ✠ Sigilli.

Franciscus M. Phœbeus Sac. Rit. Cong. Secr.

A D C A P. XVII.

De Festorum observatione.

Sanctissimi Domini Nostri D. CLEMENTIS Divinâ Providentiâ Papæ XI. Constitutio, ut Festum Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ de præceptò ubique in posterum observetur.

C L E M E N S P A P A X I.

Ad perpetuam rei memoriam.

COmmissi Nobis divinitus Sacrosancti Apostolatus Officii exigit ratio, ut Gloriosissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, cujus Conceptio gaudium annuntiavit universo Mundo, venerationem, & cultum, plurium Romanorum Pontificum Prædecesso-

rum nostrorum more, ampliare studentes in terris, illius, quæ super Choros Angelorum exaltata pro populo Christiano sedula exoratrix apud eum, quem genuit, assiduè intercedit in Cœlis, potentissimam opem, in tot tantisque, quibus premimur, Christianæ Reipublicæ, & Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus, quantum Nobis ex alto conceditur, promereri jugiter satagamus. Sincera itaque nostra erga eamdem Augustissimam Cœli Reginam, Patronam, & Advocatam nostram devotione incitati, Festum Conceptionis ipsius Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ ubique Terrarum in posterum ab omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, sicut alia Festa de præcepto servari, & celebrari, ac sub præcepto observationis Festorum comprehendi, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium decernimus, præcipimus, & mandamus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis eadem prorsùs fides adhibeatur, quę adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 6. Decembris MDCCVIII. Pontificatus Nostri Anno octavo.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo octavo, die 6. Decembris, Indictione prima Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Anno ejus octavo, supradictæ Literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Basilicæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli, Cancellariæ Apostolicæ, in Monte Citatorio, Acie Campi Floræ, ac aliis solitis, & consuetis Urbis per me Thomam de Unionibus Apost. Curs.

Sebastianus Vasellus Mag. Cursorum.

Indul-

Indultum recitandi Officium, & celebrandi Missam de Communi Confess. non Pontific. in honorem B. Petri de Pisis, Fundatoris Congregationis Eremitarum Sancti Hieronymi.

AD non minùs enixas, quàm humillimas preces P. Antonii Solazzi Procuratoris Generalis Congregationis Eremitarum S. Hieronymi, nomine etiam totius sui Ordinis Sacræ Rituum Congregationi porrectas, & ab Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinali Albano relatas, Sacra Rituum Congregatio, audito priùs tam in scriptis, quàm in voce R. P. D. Prospero de Lambertinis Fidei Promotore, benignè indulsit, atque concessit, ut Officium, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis in honorem Beati Petri de Pisis, Fundatoris prædictæ Cangregationis Eremitarum Sancti Hieronymi sub Ritu duplici pro universa Religione tantùm recitari, & respectivè celebrari possit, & valeat. Die 19. Januarii 1715.

Factaque denide per me Pro-secretarium de prædictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit, die 21. Februarii ejusdem Anni 1715.

Ferdinandus Cardinalis de Abdua Præf.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Episc. Liparitanus
Sac. Rit. Congreg. Pro-secret.

AD CAP. XVIII. PRIMÆ SYNODI.

De Indulgentiis.

Additis ad hoc cap. in præcedenti Synodo par. 2. adiciuntur Decretum de apochriphis Indulgentiis.

DElatæ sæpiùs fuere ad Sac. Congregat. Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præpositam, Indulgentiæ quædam confictæ, & omnino falsæ, quæ per diversas Orbis Christiani partes circumferuntur; aliæ verò examinandæ, quæ adhibito studio inventæ sunt,

 vel

vel apocryphæ vel à Romanis Pontificibus revocatæ, vel nullæ, quod datum eis tempus præteriisset; quarum quidem plurimæ, cum non facilem cognitionem habeant Christifideles harum rerum minus peritos fallunt, qui spe indulgentiæ, remissionisque peccatorum suorum consequendæ frustrantur. Quamobrem eadem Sacra Congregatio vehementer cupiens huic malo magis in dies serpenti occurrere, animarum profectui, & Indulgentiarum dignitati consulere, plures illarum singulari diligentiâ colligi, & Indicem referri curavit.

Tales in primis sunt illæ, uti afferunt concessæ à Joanne II. & Sixto IV. recitantibus Orationem charitatis Jesu Christi Domini Nostri, *Precor te, piissime Domine &c.* ab Urbano II. Ecclesiæ S. Mariæ, ut vulgò dici solet, *Campagnolæ*, & Sanctæ Victoriæ, ab Eugenio III. Revelationi de plaga in humero Jesu Christi factæ Sancto Bernardo, ab Innocentio III. Archiconfraternitati, & Ordini Redemptoris, à Bonifacio IX. visitantibus Cappellam S. Nicolai de Tolentino in ejus die festo, à Joanne XXII. osculantibus mensuram plantæ pedis Beatæ Mariæ Virginis, ab Alexandro VI. Imagini Beatæ Mariæ vulgò dictæ, *Lagbetti*, à Leone X. gestantibus funiculum Sancti Francisci, primùm in Urbe impræssæ, deindè Mediolani Anno 1665. (suas tamen habent, & veras Confratres Archiconfraternitatis Cordigerorum S. Francisci) recitautibus Salutationem Angelicam ad pulsum horologii, & Imagini Conceptionis Mariæ Virginis Immaculatæ in circulo depictæ, cujus pedibus Luna subjecta est, à Pio IV. vel Pio V. Principi Senarum, à Clemente VIII. dicentibus Orationem: *O magnum Mysterium &c.* & Ecclesiæ Sanctæ Marię, quam vocant Montis Serrati, Avenione impressę, tum alię pro animabus Christifidelium Defunctorum impressę Matriti 20. Julij 1606. à Paulo V. cantantibus Hymnum: *Te Matrem Dei laudamus, te Mariam Virginem confitemur &c.* vel si die Sabbathi intererint, dum idem canitur, & Coronis, Rosariis, Imaginibus, & Numismatibus, quę Medallias appellant, ab eo benedictis, Friderico Cardinali Borromęo supplicante Anno 1611. dùm Ecclesia Romę in honorem Sancti Caroli ędificaretur, & ab eodem Paulo, & Gregorio XV. dicentibus: *Sia lodato il Santissimo Sacramento*, laus Sanctissimo Sacramento, ab Urbano VIII. in honorem ejusdem Sacramenti, precibus Cardinalis Magalotti, & Sacerdotibus, celebratâ Missâ dicentibus,

tibus: *Ave filia Dei Patris, Ave Mater Dei Filii &c.* à Clemente X. recitantibus mane, meridie, ac Vespere consuetam Antiphonam: *Angelus Domini &c.* & in fine: *Deo gratias, & Mariæ*, ac demum aliç à nonnullis Romanis Pontificibus tributç, ut ajunt Coronis Mysteriorum passionis Domini Nostri Jesu Christi, ad preces Magni Ducis Etruriæ.

Tales Indulgentias Sodalitatis S. Nicolai, quâ repetitâ quinquies Oratione Dominica, & Salutatione Angelica, unam liberari Animam quolibet die à Purgatorii pœnis affirmant. Tales aliç Perusii Confraternitatis Sanctorum Sebastiani, & Rocchi, & Romç Societatis S. Bernardi ad Columnam Trajani: Tales demùm aliç Crucesignatorum Sancti Eustorgii Mediolani, Arimini, & Bononiç.

Ejus generis sunt, & illç concessç, ut ajunt Cappellç Rosarii in Ecclesiâ Sancti Antonii de Rovigo, seu Rodigii, vel Ecclesiç Sanctissimç Trinitatis Bergomi, aut S. Petri Montis Todoni die festo Inventionis Sanctissimç Crucis, vel gestantibus funiculum Sancti Francisci de Paula, vel celebrantibus Missas Sancti Augustini, aut alias quinque in honorem quinque festivitatum B. V. vel recitantibus Officium Sanctç Franciscç Romanç, aut Antiphonam: *O Passio magna &c.* in memoriam passionis Jesu, aut Rosarium Sanctç Annç (quod Congregatio Sacra Rituum non probat) aut Orationem, quç impressa cum Imagine Sanctç Annæ circumferri solet: *Ave gratia plena &c.* (quç Oratio prohibetur) aut Officiũ Conceptionis B.V. Immaculatç, quod asserunt à Paulo V. probatum fuisse, aut Orationem: *Deus qui Nobis in S. Syndone &c.* (excipitur Indulgentia centum dierum Anno 1671. concessa precibus Ducissç Sabaudiç ad Annos 25. cunctis in illius ditione degentibus) aut aliam: *Ave filia Dei &c.* post Communionem recitandam, vel aliquo conspicuo signo venerantibus Sanctissimi Eucharistiç Sacramenti nomen. Indulgentiç rursus octoginta millium annorum veteri de Tabula exscriptç, quam in Basilica Lateranensi asservari affirmant, pro dicentibus Orationem illam verè piam: *Deus, qui pro redemptione Mundi &c.* tum quç impressç fuerunt Papiç Anno 1670. sub hoc titulo: *Sommario delle Indulgenze concesse dalla Santità di Nostro Signore Papa Leone X. all' Imagine della Concezzione della Gloriosa Vergine Maria*, vel Pisauri sub nomine B. Joanne, Anno 1608. evulgatç, vel Barlettç, seù Baruli à recitantibus quasdam non sanè malas Orationes, lucrandç, vel Parmç

à visi-

à visitantibus, per Quadragesimę dies Ecclesias Tertii Ordinis S. Francisci, vel Pistorii, & Vastallę à recitantibus Orationem: *Ave Sanctissima Maria Regina Cœli &c.* & aliæ in peculiari impresso libro descriptæ, quibus frui dicunt devotos Seraphicos, & Benefactores.

His annumerandæ sunt, quæ Crucibus Caravacensibus tributæ dicuntur, vel Coronę, sivè Stellario Conceptionis Virginis Immaculatę, quod ex duodecim globulis precariis constat, vel Granis, Crucibus, & Coronis Aloysię ab Ascensionę Hispanę Monialis Ordinis S. Claræ, vel mensuræ altitudinis Jesu Christi Domini Nostri, vel Imagini, aut mensuræ vulneris lateri ejus inflicti; vel Orationi, ut ajunt in Sepulchro Domini Nostri repertæ, & Indulgentię, ut ajunt innixę Revelationi factę Sanctis Birgittę, Mectildi, & Elisabeth, vel B. Joanni de Cruce, & concessę, ut asserunt, Granis, quę aliquod ex tribus Granis tetigerint extantibus penes Romanum Pontificem, Hispaniarum Regem, & Ministrum Generalem Fratrum Minorum Observantiæ S. Francisci.

Omnes verò, & singulas jam dictas Indulgentias Sacra Congregatio partim esse confictas, & planè falsas declarat, partim apocryphas, vel ex alio capite nullas, quæ nemini suffragari possunt; easque in futurum ullo in loco, ut veras publicari, & lucrandas Christifidelibus proponi vetat; foliasque, & libros, ubi sic proponuntur, seù asseruntur, omninò præcipit aboleri, nisi prædictæ Indulgentiæ fuerint diligenter expunctæ; nec ideò tamen vult alias, quas hoc Decretum non continet pro veris, & legitimis, tacitèque probatis haberi.

Ac demum omnes Indulgentias concessas ante Decretum Clementis VIII. latum die 9. Januarii 1597. Coronis, Rosariis, Granis, seù Calculis, Crucibus, & Imaginibus Sacris, vel ante Breve Pauli V. quod incipit: *Romanus Pontifex &c.* editum 23. Maij Anno 1606. personis Regularibus quarumcumque Religionum, & Ordinum, etiam Mendicantium, vel ante Constitutionem 115. Clementis VIII. cujus initium: *Quæcumque &c.* & 68. Pauli V. incipientem: *Quæ salubriter &c.* habitas per aggregationem, vel aliam communicationem ab Archiconfraternitate ulla, Ordine, Congregatione, Societate, etiam Jesu, Capitulo, vel Cœtu quocumque, vel ab eorum Officialibus, Superioribus, aliisque personis, vel personâ, etiamsi earum, vel ejus mentio specialis, & indi-

individua facienda esset, nisi fuerint deindè Romani Pontificis authoritate innovatæ, aut confirmatæ nullius esse roboris, & momenti pariter declararat.

Porro Summaria Indulgentiarum pro Congregationibus Doctrinæ Christianæ, Confraternitatibus Sanctiss. Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, Nominis Dei, Rosarii B. M. de Mercede, & Redemptionis Captivorum B. M. de Monte Carmelo, Centuriæ S. Augustini, & S. Monicæ, nisi ab eadem Congregatione recognita, non permittuntur.

Indulgentias verò Stationum Urbis, quæ a Romanis Pontificibus singulari quodam beneficio, vel communicate sunt, vel communicabuntur interdum, aliquibus locis Ordinibus, aut personis, diebus tantum Stationum in Missali Romano descriptis suffragari posse declarat: Semel autem dumtaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus lucrifieri.

De quibus relatione factâ per Secretarium ad Sanctissimum, cuncta Sanctitas Sua probavit, & inviolatè servari jussit.

Datum Romæ die 7. Martij 1678.

Aloysius Card. Homodeus.

Loco ✠ Sigilli.

Michael Angelus Riccius Secret.

(Et sequitur publicatio dicti Decreti)

Decretum Sacræ Congregationis Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præposita.

NE contra veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem, Indulgentiarum numero nimis aucto, Ecclesiastica diciplina eneruetur, sæpiùs in Brevibus apponi consuevit clausula illa - *Volumus autem, ut si aliàs Christifidelibus dictam Ecclesiam qualibet anni die visitantibus alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus, nondum elapsum duratura concessa fuerit præsentes Literæ nullæ sint* - Qum autem aliàs pro ejusdem clausulæ explicatione supplicatum fuerit, Sacra Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præposita declaravit, *eâ nullatenus comprehendi Altaria privilegiata pro Defunctis*,

ctis, neque Indulgentias, aut certo Personarum generi concessas, ut Confraternitatibus, Regularibus, & Capitulo, aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragentibus, ut Litanias, aliasque hujusmodi recitantibus, ac iis, qui Christianâ Doctrinâ erudiuntur, vel alios erudiunt, & qui Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti expositioni, cum oratione quadraginta horarum intersunt, neque stationum Urbis, & septem Altarium Indulgentias, adinstar septem Altarium Basilicæ Vaticanæ concessas, neque demum, quæ pro unica vice conceduntur. Caterùm si alia Indulgentia sive plenar.a, sive non plenaria in perpetuum, vel ad tempus, tum ab eodem, tum ab alio Romano Pontifice generatim Christifidelibus Ecclesiam, vel aliquod ejus Altare, seu Cappellam visitantibus eodem die, vel diverso concessa fuerit, de qua non fiat in Literis Apostolicis mentio, has Literas ob dictam clausulam esse prorsus irritas, ac nullas - ut expresse habetur in Decreto ab eadem Sacra Congregatione desuper edito 23. Junij Anni 1673. Postea tamen eidem Sacræ Congregationi delatum fuit, non paucos esse, qui prædictum Decretum non rectè intelligentes sibi suadent, quod si in aliqua Ecclesia jam concessæ reperiantur Indulgentiæ, quæ pro feriis sextis Mensis Martij dari solent, & postea in eadem Ecclesia alia Indulgentia concedatur cum appositione in Brevi supramemoratę clausulæ - *volumus autem &c.* Indulgentia, quæ postremo loco data est valida sit. Quapropter ut omnis in posterum erroris occasio auferatur, eadem Sacra Congregatio habita die 18. Aprilis Anni 1716. declaravit Indulgentiam ultimo loco ita concessam, ob sæpe dictam clausulam *volumus autem &c.* Literis Apostolicis insertam, esse nullam. Datum die 11. Septembris 1716.

L. Card. Picus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Raphael Cosmus Hieronymis Secretarius.

Decretum ejusdem Sacræ Congregationis quod Moniales gaudeant Indulgentiis concessis Ordini, quem profitentur.

LIcèt ab hâc Congregatione Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpositâ non semel declaratum nonnulla Sanctimonialium Monasteria, quæ antea sub gubernio Fratrum ordinis sui degebant per hoc, quod Episcopo loci subiecta deinde fuerint privilegia, & Indulgentias, quibus antea fruebantur, nullatenus amisisse; Tamen

Tamen quum sæpius alia, & Monasteria, quæ simili modo sub immediatâ Episcoporum Jurisdictione translata sunt idem ab Apostolicâ Sede declarari humiliter postulaverint, ut nulla in posterum dubitandi ratio supersit, Sacra eadem Congregatio, re mature discussâ, die 20. Aprilis 1711. declaravit Monasteria omnia Sanctimonialium, quæ a curâ, & gubernio Fratrum suorum ordinum sub immediatâ Jurisdictione Episcoporum translata sunt, seu in posterùm transferri aliquâ ratione contigerit, non ideo Privilegia, & Indulgentias, quibus antea gaudebant, amisisse, seu amissura fore, sed eodem modo cunctis præteritis Privilegiis, & Indulgentiis uti, & frui debere, ac si sub gubernio Fratrũ suorum ordinum actu existerent, quam Sacræ Congregationis sententiam Sanctissimus Dominus Nostris die 22. ejusdem Mensis approbavit.

Datum Romæ die 14. Maij 1714.

L. Card. Picus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

Sebastianus Vasellus Mag. Curs.

AD CAP. XIX.

De Sacrosanctis Ecclesiis.

Constitutio Gregorii XIV. de Immunitate Ecclesiasticâ.

Quum aliàs nonulli Prædecessores nostri, & præsertim fel. rec. Sixtus Papa V. nec non Pius, etiam Quintus, Sancto zelo ducti diversas facultates, & indulta extrahendi, etiam in casibus quibusdam à jure non permissis ex Ecclesiis criminosos, & delinquentes, compluribus Sæcularibus Principibus, eorumque Curiis, & Magistratibus, sub variis modis, & formis concesserint, prout in illis pleniùs continetur.

§. 1. Experientia postmodum docuit tum ob diversitatem, & differentiam hujusmodi Indultorum, tum quia plerique eorumdem Principum Ministri ex ipso illa diversimodè, etiam latiùs quàm par erat, & ad suum libitum interpretandi occasionem arripuerunt,

illisque abuti cœperunt, subortam esse non mediocrem in aliquibus locis libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ perturbationem, & confusionem; alibi verò ne ipsos quidem Laicos Indultis hujusmodi uti voluisse, aut potuisse, quod populis, inveteratâ erga Ecclesias reverentiâ, devotis, & assuetis, scandali potius quam quietis occasionem præberent. Illud etiam absurdum sæpe numero secutum est, ut infimæ interdum conditionis Laici, non modo juris, sed etiam literarum pœnitus ignari, & imperiti, dum quasi potestates, aut Ministri Curiæ Secularis in aliquo Castro, aut Oppidulo jurisdictionem exercebant, Facultatum, & Indultorum hujusmodi limites longè excesserint, eaque suo arbitratu in sensus, minùs rectos, & ab intentione concedentis omnino alienos detorserint, & illorum prætextu quicquid sibi in mentem venit attentare præsumpserint, in grave jurisdictionis, & Immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium, locorum, & personarum Divino cultui dicatarum contemptum, ipsius Divinæ Majestatis offensam, & scandalum plurimorum. Quare pro commisso Nobis à Domino Pastoralis officii munere, prædictis absurdis, & scandalis obviare, ac differentias hujusmodi ad uniformem regulam reducere, omnemque dubitandi, ac perperam interpretandi occasionem dilucidâ declaratione submovere, abusus tollere, & ne Ecclesiastica jura planè conculcentur, & negligantur, opportunè providere decrevimus, prout etiam dictus Sixtus Prædecessor noster iisdem de causis motus statuere decreverat, licèt morte præventus hoc adimplere nequiverit, ita tamen, ut quando præsens temporum calamitas, & nimia, quæ jam invaluit perversorum hominum malitia id exposcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora, ultra id, quod prisca illa majorum nostrorum disciplina, & vetus Sacrorum Canonum norma præscripserat in quibusdam casibus, congruâ moderatione adhibitâ, permittamus.

§. 2. Hàc itaque nostrâ perpetuò valiturâ Constitutione omnia, & quæcumque Privilegia, Indulta, & Gratias, tam per prædictum Sixtum, ac Pium Quintum, quàm alios quoscumque nostros Prædecessores, aut nosmetipsos, Sedemque Apostolicam, ejusve Legatos, super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis, Domibus Regularibus, & Sæcularibus, Locisve Sacris, aut Religiosis, aliasque in casibus à jure permissis, Hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis,

reis, aut fraudolentibus decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publicâ, & ex causis urgentissimis, ac necessariis, & æquipollentibus casibus in jure expressis, atque ex paritate, identitate, aut majoritate rationis extensis perpetuo, vel ad certum, nondum elapsum tempus, seu ad vitam alicujus Principis, vel Beneplacitum, seu alia quomodolibet concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus, approbata, innovata, ac usu recepta, Literasque Apostolicas sub plumbo, aut in forma Brevis, seu alias quomodocumque desuper confectas, quarum tenores hìc haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sublatâ penitus omni differentiâ, ita ad unam tantum formam reducimus, & moderamur.

§. 3. **Ut Laicis, ad Ecclesias, locaque Sacra, & Religiosa prædicta confugientibus,** ***si fuerint publici Latrones, viarumque Grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumve Cæmeteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut Assassinii, vel hæresis, aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragetur.*** Sed Universis, & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatis tam Sæcularibus, quam cujusvis Ordinis Regularibus, districtè præcipiendo mandamus, & præcipimus, ut Laicos in casibus prædictis delinquentes, ad eorum Ecclesias, Monasteria, Domos, & alia Loca supradicta Sacra, seu Religiosa respectivè confugientes, & in eis se recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumve aliquod, *judicio suo* commisisse videbuntur, quando à Curia Sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Ministris, & Officialibus Curiæ Sæcularis, absque irregularitatis notâ, aut alicujus Censuræ Ecclesiasticæ incursu tradi, & consignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat.

§. 4. Ne autem Curia Sæcularis prædictâ Ministri facultate illos per se, & propria auctoritate extrahendi, & obducendi sibi olim, ut præfertur attributa, & per præsentes revocata, abutantur, volumus, dictâque auctoritate decernimus, & declaramus, ut Curia Sæcularis, ejusque Judices, & Officiales, ab Ecclesiis, Monasteriis,

Locisque Sacris prædictis, Laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem *in nullo* ex casibus supradictis sine expressâ licentiâ Episcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritate habentis, ad quos solos, *& non alios*, Episcopis inferiores, etiamsi alii Ordinarii sint; nullius Diœcesis, aut Conservatores ab hâc Sede specialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi, facultas pertineat. Occurrente autem casu in loco exempto, & nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem devolvatur hæc cognitio, & non ad alios; capere, extrahere, aut incarcerare non possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dictæ personæ Ecclesiasticæ requisitæ illos in delictis superiùs expressis culpabiles, tradere, aut capturæ, & carcerationi intervenire, & assistere recusaverint. Tuncque reverentiæ Ecclesiæ, & Locis Sacris debitæ memores, prædictos delinquentes, minori, quò id fieri poterit, cum scandalo, & tumultu extrahere curent.

§. 5. Quodque delinquentes Laici prædicti postquàm, ut præfertur ab Ecclesiis, locisque Sacris extracti, & capti fuerint, ad Carceres Curię Ecclesiasticę reponi, & inibi sub tuto, & firmo Carcere, ac oportunâ custodiâ, datâ illis, si opus fuerit, per Curiam Sæcularem, detineri debeant, nec indè extrahi, Curięque Sæculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognito priùs per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi verè crimina superiùs expressa commiserint. Tuncque demùm de mandato Episcopi per Judicem Ecclesiasticum Curię Sæculari, quâcumque appellatione postpositâ consignentur.

§. 6. De crimine verò hæresis cognitio ad Forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in eâ Curia Sæcularis quoquomodo se intromittat.

§. 7. Sicuti etiam prohibemus, ne contrà Ecclesiasticas personas, Sæculares, aut cujusvis Ordinis, vel Militiæ, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani Regulares quoquomodo, etiam vigore prædictorum Privilegiorum, Indultorum, aut Concessionum, quæ omnia ad terminos juris per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittant, illasve ab Ecclesiis, Monasteriis, Domibus, locisque Sacris, aut Religiosis, etiam in casibus in hac Constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad Forum Ecclesiasticum pertinentibus, aliàs quam de ju-

de jure, & per Privilegia eisdem Ordinibus, aut Militiis concessa permittitur, quomodolibet præsumant.

§. 8. Quod; si quis quacumque Dignitate, & Auctoritate prædictus; præmissorum, aut alio quovis prætextu quidquam præter, aut contra hujus nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus, eum ipso facto, censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium, nostrorumque Prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ.

§. 9. Sicque per quoscumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate in quavis causâ, & instantiâ, judicari, & definiri debere, nec non irritum decernimus, & inane, si secùs super his per quoscumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus præmissis tàm Sixti, & Pij V. quàm aliorum quorumcumque Prædecessorum nostrorum Literis Apostolicis Privilegiis, Indultis, & Facultatibus quibusvis personis, etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut aliâ quavis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebuspublicis, Dominiis, Regnis, Provinciis, Civitatibus, Terris, & Locis, eorumvè Curiis, Parlamentis, Senatibus, Consiliis, Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, aut Prꝑsidentibus, Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicariis, Potestatibus, aliisque Magistratibus, Officialibus, Ministris, aut Consiliariis, ex prædictis, vel aliis etiam gravioribus, & urgentioribus causis; tam illorum intuitu, & contemplatione, sive ad eorum preces, & instantiam, quàm etiam Motu proprio, & ex certa scientiâ, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac per modum statuti, & legis perpetuę, etiam in vim contractus, & Fratrum nostrorum consilio, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis præservativis, restrictivis, mentis attestativis, derogatoriarum derogatoriis, aliisque validissimis, efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis, etiamsi inibi caveatur expresse, quod illis, nisi sub certis modis, & formis, & nisi de eorum expresso consensu, ad quorum favorem concessæ fuerint, derogari possit, & aliter factæ derogationes nullius sint roboris, vel momenti, & aliis quomo-

quomodolibet concessis, etiam sæpiùs approbatis, & innovatis. Quæ omnia, & singula, ac illorum tenores, pro expresis habentes, quatenus præmissis in aliquo adversentur, ut plures quàm superiùs expressos casus contineant, auctoritate, & tenore præmissis omnino, ac perpetuò, tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præsentis Constitutionis, quoad superiùs descripta dumtaxat reducimus. Et nolumus cuiquam de cætero suffragari, & qualibet aliâ dictæ Sedis Indulgentiâ generali, vel speciali, per quæ præsentibus non expressa, vel ad verbum non inserta effectus earum quomodolibet valeat impediri (*& sequitur publicatio.*)

Datum Romæ in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo nonagesimo primo Kalend. Junij, Pontificatus nostri Anno primo.

Literæ circulares de mandato Domini Nostri D. CLEMENTIS XI. ad omnes Ordinarios transmissæ super dolosis extorsionibus, quæ ad justitiam eludendam sæpe falsò asseruntur, & a Nobis publico sequenti Ædicto in Diœcesi Nostra notificatæ.

F R A N C E S C O

Per grazia dell'Onnipotente Iddio, e della Santa Sede Apostolica Arcivescovo di Pisa, Primate delle Isole di Corsica, e Sardegna, ed in esse Legato Nato, Prelato domestico della Santità di Nostro Signore CLEMENTE XI. e del Soglio Pontificio Vescovo Assistente.

Essendo stati rapresentati alla Santità di Nostro Signore gli abusi, & inconvenienti gravissimi, che frequentemente succedono in occasione di allegarsi da molti di quelli, che sono carcerati, tanto per Cause Civili, quanto per Criminali, d'essere stati estratti dolosamente dalle Chiese, & altri Luoghi Immuni, dove si trovano refugiati; mentre li medesimi, per eludere la Giustizia, bene spesso asseriscono falsamente di aver patita una tale dolosa estrazzione, e per sostenerla, spergiurano ne loro Constituti, inducono falsi Testimonj, e commettono altre simili enormità, coll'ajuto ancora de loro Amici, e Congionti; anzi tal-

talvolta esſi ſono quelli, che per poter liberamente vagare, e forſe anco commetter delitti, ſenza perdere il benefizio dell'Immunità, che pretendono di continuare à godere, ſtudioſamente ſi erano fatti eſtrarre per mezzo de Miniſtri ſubalterni della Giuſtizia dalle ſuddetre Chieſe, e Luoghi Immuni. Quindi è, che volendo la Santità Sua col ſommo Zelo Paſtorale dare l'opportuno rimedio à tali diſordini, con ſua ſpeciale commiſſione à Noi ſignificata per Lettera della Sacra Congregazione dell'Immunità Eccleſiaſtica, da regiſtraſi quì ſotto, ſi è degnato di eſpreſſamente comandare, che da Noi ſi proceda alla publicazione del preſente Editto.

In eſecuzione per tanto del comandamento Pontificio, e in vigore delle facoltà à Noi concedute in detta Lettera, notifichiamo, e ammoniamo tutte, e ſingole perſone di qualſivoglia ſtato, grado, e condizione, che ora ſi rrovano confugiate, e che in qualunque tempo avvenire ſaranno per confugiarſi nelle Chieſe, ed'altri Luoghi Immuni di queſta Città, e Dioceſi, ſe vogliono goderne l'Immunità, di non laſciarſi perſuadere ſotto qualſiſia preteſto, cauſa, o colore a partire dalle medeſime Chieſe, e Luoghi Immuni; e di non preſtar fede ad alcuna aſsicurazione, che loro foſſe data da chi ſi ſia, ancorchè foſſe Miniſtro di Giuſtizia, quando inſieme non gli venga eſibito il Salvocondotto, conceduto, e ſottoſcritto da qualche Giudice Ordinario, o Delegato, quale dovrà loro ſuffragare per quel ſolo tempo limitato, per cui ſarà ſtato conceduto.

Avvertino pertanto tutti quelli, che ſi ricoverano nelle Chieſe, e altri Luoghi Immuni, di non uſcirne; poichè uſcendone, ſe verranno in potere della Giuſtizia, non gioverà loro di allegare, o pretendere di provare di eſſerne ſtati eſtratti doloſamente, o con fallaci ſuggeſtioni; eſſendo mente della Santità Sua, che dopo la preſente notificazione, e ammonizione non poſſino più allegarſi, ne allegandoſi poſſino giovare a chi ſi ſia l'eſtrazioni doloſe, ma unicamente poſſino allegarſi, e giovàre l'eſtrazioni ſeguite violentemente, o ſotto la ſicurezza di Salvocondotto conceduto, e ſottoſcritto, come ſopra.

Quando poi in queſta noſtra Dioceſi ſi trovaſſe alcuno, che veramente per il paſſato foſſe ſtato eſtratto doloſamente da qualche Chieſa, o Luogo Immune l'ammoniamo, che ſe vuol godere del benefizio dell'Immunità Locale, debba ritornare al Confugio della Chieſa dentro il termine d'un Meſe proſſimo, da decorrere dopo

la pub-

la pubblicazione del presente Editto, con chiedere a Noi per tal' effetto, quando gli occorra, il Salvocondotto, che gli sarà conceduto gratis; avvertendo però, che se passato il detto termine d' un Mese sarà catturato fuori del Luogo Immune, dovrà considerarsi, come se volontariamente ne fosse partito, ne potrà essere udito sopra l' estrazione dolosa, che pretendesse aver patita, essendo tale parimente la volontà espressa di Sua Beatitudine.

Dichiarando, che il presente nostro Monitoriale Editto, affisso, che sarà alla Porta della nostra Chiesa Primaziale, e pubblicato inter Missarum solemnia in tutte le Parrocchie della nostra Diocesi, dopo un Mese dall' affissione, e pubblicazione del medesimo, obblighi, ed' astringa qualsivoglia Cittadino, ed' Abitante tanto nella Città, quanto nella Diocesi, ora, o in qualunque futuro tempo, come se a ciascheduno di essi fosse stato nominatamente, e personalmente intimato.

Dato in Pisa dal Nostro Palazzo Arcivescovale questo dì 18. Luglio 1719.

FRANCESCO ARCIVESCOVO DI PISA.

Alessandro Salvetti Cancell. Gener. Arcivesc.

ILLUSTRE, E REVERENDISSIMO MONSIGNOR, COME FRATELLO.

ESsendo pervenute da più parti alla Santità di Nostro Signore molte querele, che pur troppo si sono riconosciute appoggiare alla verità, sopra gli abusi, ed' inconvenienti, che frequentemente nascono dall' allegarsi da molti di quelli, che vengono carcerati tanto per Cause Civili, quanto per Criminali, di essere stati dolosamente estratti dalle Chiese, e Luoghi Immuni; mentre li medesimi, per eludere la Giustizia, bene spesso asseriscono falsamente di aver patita tale dolosa estrazione, e per sostenerla, spergiurano ne loro Constituti, inducono Testimonj falsi, e commettono altre simili enormità, coll'ajuto anco de loro Amici, e Congiunti; anzi talvolta essi stessi sono quelli, che per potere liberamente vagare, e forse anco commettere delitti senza perdere il benefizio dell' Immunità, che pretendono di continuare a godere, si era-

si erano fatti a bella posta estrarre per mezzo de Ministri subalterni della Giustizia dalle suddette Chiese, e Luoghi Immuni. Quindi è, che la Santità Sua per provvedere a tanti, e sì gravi inconvenienti, che accadono in pregiudizio della Giustizia, e notabile aggravio delle Anime de Fedeli; Udito prima il parere di una particolare Congregazione di alcuni Signori Cardinali, e Prelati, a tal' effetto specialmente deputati dalla Santità Sua, ordina, e comanda, che tutti gli Ordinarj de Luoghi debbano ammonire, e notificare con pubblico Editto; che tutti quelli, che ora si trovano refugiati, e che in qualunque tempo avvenire saranno per refugiarsi nelle Chiese, e altri Luoghi Immuni, di qualsivoglia stato, grado, e condizione siano, se vogliono goderne l' Immunità, avvertino di non partirne, nè si lascino indurre sotto qualsisia pretesto, causa, o colore a uscir fuori di dette Chiese, e altri Luoghi Immuni, poichè uscendone, se capiteranno nelle mani della Giustizia, non valerà loro il dire, o pretendere di provare di esserne stati estratti dolosamente, o con fallaci suggestioni, o assicurazioni; volendo la Santità Sua, che dopo la detta ammonizione non possa più allegarsi, nè allegandosi possa a chi si sia giovare l'estrazione dolosa, ma unicamente possa allegarsi, e giovare l'estrazione violenta, e quella, che fosse seguita sotto la sicurezza di Salvocondotto conceduto, e sottoscritto da qualche Giudice Ordinario, o Delegato; quale però dovrà valere solo per tempo limitato, per cui sarà stato conceduto. Siccome parimente dovranno notificar pubblicamente come sopra, che se alcuno veramente fosse stato per il passato dolosamente estratto da qualche Chiesa, o Luogo Immune, e voglia godere del benefizio dell' Immunità Locale, debba ritornare al Confugio Ecclesiastico dentro un Mese, da decorrere dopo la pubblicazione del medesimo Editto, con chiedere agl' istessi Ordinarj, quando gli occorra, per tal' effetto il Salvocondotto, quale dovrà darseli gratis, e per tempo limitato ad arbitrio de medesimi Ordinarj. Avvertendo in oltre, che se passato il detto termine d' un Mese sarà catturato fuori del Luogo Immune, dovrà considerarsi come se volontariamente, e senz' alcuna fraude ne fosse partito; nè dovrà udirsi sopra l'estrazione dolosa, che pretendesse avere patita. Avendo però Nostro Signore ordinato, che se ne faccia Lettera Circolare; In esecuzione de' supremi comandi della Santità Sua, partecipò il tutto a V. S.

acciò possa adempire la mente di Sua Beatitudine, con farne pubblicar l' Editto, secondo la forma espressa nell' annesso Foglio, che le trasmetto; come altresì sarà sua cura, che lo stesso si eseguisca da' Vescovi suoi Suffraganei, e da altri Ordinarj dependenti da cotesta sua Chiesa Primaziale, a' quali perciò dovrà ella a tal' effetto pienamente significare quanto a lei stessa con la presente s' ingiunge. Ed' Io in tanto col significarglielo, me le offro.

Roma 30. Gennajo 1717.

Di V. S.

Come Fratello Affezionatissimo
J. A. Card. Tanari.

S. de' Ricci Segr.

Decreta, quæ spectant ad Oratoria privata.

QUum quæreretur, an Episcopus visitare possit, nec non prohibere Oratoria privata in sua Diœcesi a Pontifice concessa, cum clausula: *duraturum ad beneplacitum*, quamvis ab Antecessore dictum beneplacitum perpetuum sit duraturum, Sacra Congregatio in Maceraten. de Anno 1664. sub die 26. Februarij hujus dubii distulit resolutionem, sed sub die 24. Martij ejusdem Anni *censuit posse visitare, & indultum revocare.*

Similiter, cum in Brevibus Pontificiis concedentibus facultatem celebrandi Missam in Oratoriis privatis, præter dies Paschatis, Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi excipiantur alij dies Festi Solemniores, sub his comprehenduntur ex sequentibus Decretis, ac Declarationibus infrascripti.

In Concilio Agathensi, quod fuit Anno 506. in Gallia, tempore Simmachi Papæ, præsidente Cæsario Arelatensi Episcopo congregatum, *sub can.* 21. *a Gratiano in can. si quis etiam* 35. *de consecrat. dist.* 1. *transcripto*, decretum legitur.

Si quis etiam extra Parochias, in quibus legitimus est, ordinariusque conventus Oratorium in agro habere voluerit reliquis Festivitatibus, ut ibi Missas audiat propter fatigationem Familiæ justâ ordinatione permittimus; Pascha verò, Natali Domini, Epiphania Domini, Ascensione Domini, Pentecoste, & Natali Sancti Joan-

Joannis Baptistæ, & si qui maximi dies in Festivitatibus habentur, non nisi in Civitatibus, aut in Parochiis audiant. Clerici verò si qui in Festivitatibus, quæ supra diximus, nisi jubente, aut permittente Episcopo Missas celebrare voluerint, communione priventur.

Deinde Sacra Rituum Congregatio sub die 17. Novembris 1607. declaravit: Missam in Oratoriis privatis celebrari non posse, diebus Natalis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, Annunciationis, Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac omnium Sanctorum. Quæ declaratio Sacræ Congregationis refertur *a Gavan. in Rubr. Missal. part. 1. tit. 20. de præpar. Alt. lit. F. vers. sciendum, a Niccol. in Flosc. verb. Oratorium num. 4. Tambur. Method. celebr. Miss. lib. 1. cap. 6. §. 4. num. 27. Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. tom. 1. quæst. 639. num. 4. Lezzan. summ. quæst. Regul. verbo Oratorium num. 3. Barbos. de Jur. Eccl. lib. 2. cap. 8. n. 6. & summ. Apostol. decis. collect. 540. num. 6. Quintanduen. Singul. Theol. Moral. tom. 1. tract. 6. singul. 33. num. 1. Claud. la Croix ad Busemb. lib. 6. part. 2. adden. n. 2055. quæst. 309.*

Sacra verò Congregatio Concilii Derthonen. 17. Februarii 1685. declaravit, dictos dies Festos solemniores esse, Nativitatem Domini Nostri, Pascha, Pentecostem, Epiphaniam, Assumptionem B. M. V. Festum S. Petri, & Pauli, omnium Sanctorum, Ecclesiæ Tutelarem, *apud Monacell. Formul. legal. pract. Formul. 1. tit. 13. num. 20. part. 2.*

Responsio Sacræ Congregationis Concilii, qua diversa dubia, ad restaurandas præsertim Ecclesias, sacramque conficiendam supellectilem attinentia resolvuntur.

QUum exposuisset Episcopus plures Ecclesias in sua Diœcesi reperiri collapsas, in quibus plura Beneficia reperiebantur erecta expostulavit responderi.

I. An posset in actu Visitationis eorum titulos ad Ecclesiam viciniorem trasferre?

II. An posset eorumdem Beneficiorum possessores quacunque Dignitate fulgentes cogere ad resarciendam Ecclesiam, in qua transferantur tituli, quatenus restauratione indigeret, & erigendum Altare in dicta Ecclesia?

 III. An

III. An eosdem cogere ad celebrandum, seu celebrari faciendum in die Festivitatis illius Sancti sub cujus invocatione erectum est Beneficium?

IV. An ad effectum prædictum, & pro conficiendis supellectilibus Sacris, possit sequestrari facere fructus eorundem Beneficiorum?

Sub dictâ die prodiit resolutio.

Ad 1. Si Ecclesiæ, ut supponitur sunt ferè dirutæ, & collapsæ, Episcopum auditis quorum interest, posse uti Sedis Apostolicæ Delegatum transferre Beneficia simplicia ad Ecclesias viciniores.

Ad 2. Respondit dictos Rectores Beneficiorum, etiam in quacunque Dignitate constitutos, teneri post translationem sequutam ad futuram restaurationem Ecclesiarum ad quas Beneficia fuerint translata.

Ad 3. Respondit eosdem Beneficiatos cogi posse ab Episcopo ad celebrandum, seu celebrari faciendum in die Festivitatis illius Sancti, sub cujus invocatione Beneficium est erectum, nisi aliud constet in erectione, seu fundatione.

Ad 4. Respondit posse ad effectum prædictæ restaurationis; nec non pro conficiendis Sacris supellectilibus, redditus eorumdem Beneficiorum sequestrare.

A D C A P. XXI.

De Funeribus, & Exequiis.

Resolutio Sacræ Congregationes super electione Sepulturæ.

PER evitare le controversie, che per causa d' elezione di Sepoltura, e di Funerali sogliono avvenire, non senza scandalo de' Fedeli sono l' EE. VV. supplicate dal Commendatario dell' Abbadia, e Chiesa Parochiale di San Giovanni Maggiore di Napoli per la risoluzione delli seguenti dubbj.

I. Se sia valida l' elezione della Sepoltura, che si fà nella presenza del Parocho da chi è sano, ò infermo.

II. Se

II. Se al valore dell' elezione della Sepoltura si richieda il Testamento nell' ultima volontà, overo basti, che s' elegga innanzi per altr' atto publico, che non sia Testamento.

III. Se sia nulla ella elezione di Sepoltura quando si elegge etiamdio per Testamento fatto in vita, e non in morte.

IV. Se chi hà Cappella di sua Famiglia con Sepoltura propria, ò se comprasse Cappella con propria Sepoltura, morendo senza elezione di Sepoltura, si debba sepellire nella Catedrale.

V. Se sia valida l' elezione della Sepoltura fatta nelle presenza di due, ò più Testimonii.

VI. Se l' elezione della Sepoltura fatta per nutum, e per signa in caso, che tal' uno non possa parlare, sia valida.

VII. Se li Fratelli delle Confraternite si possano sepellire nella Sepoltura della loro Chiesa non facendosi elezione d' altra.

VIII. Se l' elezione della Sepoltura, le quali præsumuntur de jure, come quelle della Moglie rispetto al Marito, de' Figli rispetto al Padre, e loro Maggiori, e da' Schiavi rispetto a' Padroni, e simili siano valide.

Die 13. Februarii 1666. Sacra Congregatio Concil. Triden. Ad primum. *Censuit esse validam, dummodo Parochus non attestetur ad proprium commodum*. Ad secundum. *Censuit non requiri necessariò Testamentum*. Ad tertium. *Censuit non esse nullam*. Ad quartum. *Non esse sepelliendum in Cathedrali*. Ad quintum. *Esse validam*. Ad sextum. *Esse validam, dummodo sufficienter constet de voluntate eligentis*. Ad septimum. *Negativè*. Ad octavum. *Censuit quatenus electa non fuerit Sepultura, Uxorem in Sepulturam ultimi Viri sepelliendam, filios verò in Sepulcro majorum, Servos autem in Parochia*.

Ita reperitur in reg. Decretor. lib. 25. fol. 29.

AD

AD CAP. XXV.

De Vita, & Honestate Clericorum.

Literæ Circulares ad omnes Episcopos ex mandato venerabilis Memoriæ Innocentij XI. transmissæ.

MOLT' ILLUSTRE, E REVERENDISSIMO MONSIGNOR, COME FRATELLO.

FRà i gravissimi pensieri, ne' quali per l'ottimo governo della Chiesa Universale stà fissa la mente di Nostro Signore, uno si è di porre ogni studio, e adoperare ogni mezzo, che i Pastori delle Chiese particolari, come membra del Capo, adempino bene il loro Pastolarale Ufizio, dal quale depende la santificazione delle Anime alla loro cura commesse. Pertanto la somma Paterna provvidenza della Santità Sua, volendo, che le parti del ministero Vescovale siano inviolabilmente in quella esatta osservanza, che la gravità della materia richiede, hà con l'oracolo della sua viva voce ordinato, che si scriva a V. S. che della presente Lettera Circolare ne mandi copia autentica a tutti i Vescovi, e Arcivescovi sottoposti a codesta Nunziatura, che servirà ad eccitare, chi hà bisogno di stimolo ad istradarsi nella via del Signore, ed a maggiormente infervorare, chi vi cammina. D'ordine dunque espresso di Sua Beatitudine si ricorda primieramente l'obbligo della Residenza de' Vescovi, e le pene, che contro i non Residenti si trovano, particolarmente nella Bolla della S. M. d'Urbano VIII. prescritte. Ed inerendo la Santità Sua a' dettami della Sacra Congregazione di Trento, e delle Constituzioni Apostoliche, esorta, ammonisce, e comanda a' Vescovi, che, ricordandosi essere essi la forma del Clero, donde si traggono gli esempj da imitare, procurino tanto nell'interno, quanto nell'esterno quella modestia, e sobrietà, negli abiti, nelle mense, nelle suppellettili, ed in tutte le azioni, che spirino santimonia proporzionata alla perfezione del loro alto stato. E considerando, che chi non sa ben governare i proprj domestici, difficilmente sarà abile al governo degli altri, invigilino sopra la vita, e costumi de' loro familiari, acciocchè siano

siano tali, quali devono essere i Ministri de' Ministri d' Iddio: e con non dissimile accuratezza abbiano gli occhi a' Ministri delle loro Curie, come a' Vicarj Generali, e Foranei, a' Cancellieri, ed altri Ufiziali, che con integrità, fedeltà, o senza sospetto d' avarizia, esercitino i loro carichi nell' amministrazione della Giustizia; ed anco nelle cose di grazia posponghino affatto ogni umano rispetto, acciocchè siano fedeli amministratori di quello, che è stato loro fidato da Dio. Nelle correzioni de' Sudditi abbiano il solo riguardo all' emendazione de' costumi, e all' estirpazione degli abusi: e ricordandosi d' esser Pastori, e non percussori, non tralascino di premettere opportunamente le paterne ammonizioni, alle quali, quando il caso richiede, che si aggiunga il rigore, avvertino, che questo sia mischiato sempre con la paterna soavità; acciocchè cessi ne' Vescovi non solamente quel vizio, che è radice di tutti i mali, cioè l' avarizia, ma anco il sospetto; tenghino nette le mani da ogni qualunque cosa, che possa dar' ombra di essa: e quando occorre punire i delinquenti con pene pecuniarie, per queste si tenga un fedel Depositario, ad effetto d' impiegarsi, conforme prescrive la Sacra Congregazione. Avvertino, che le spedizioni di cose spirituali, come d' amministrazione de' Sacramenti, di predicar la parola d' Iddio, di Scomuniche, e d' altre cose simiglianti, si devono fare gratis onninamente, etiam da' loro Ministri: ed in quelle, che a' medesimi Ministri è lecito di ricevere la mercede prescritta del Sacro Concilio Tridentino, per la sola manuale fatica della scrittura, come di Bolle de' Benefizj, di Collazioni d' Ordini, essi Vescovi non partecipino d' alcuna cosa, nè diretta, nè indirettamente; si ricordino, che delle rendite delle Chiese non sono Padroni, ma semplici amministratori, e che con esse, detratta la sostentazione de' Vescovi, non hanno che fare i loro Parenti, nè convertirsi in usi profani, ma impiegarsi in sollievo de' Poveri, e de' Luoghi Pij, a' quali sono dovute. Non tralascino ne' tempi prescritti le Visite delle Diocesi, e le celebrazioni de' Sinodi, e faccino queste funzioni, che sono delle primarie, con oggetto, ed attenta reflessione di rimediare agli abusi, d' instaurare la disciplina Ecclesiastica, ove è rilasciata, e introdurla ov' è affatto scaduta. Invigilino, e con occasione delle Visite, ed in ogni altro tempo ancora, all' esecuzione delle pie volontà de' Testatori, all' adempimento de' pesi

de' pesi di Messe, annessi a' Benefizj, e Cappellanie, ed a' Legati Pij, procurando in tal maniera un' esatta osservanza de' Decreti generali emanati dalla Sacra Congregazione del Concilio. Avvertino nelle Visite di non aggravare i visitati di spese più di quello, che è lecito per i soli alimenti proprj, e della loro Comitiva, che doverà esser modesta. Abbiano special sollecitudine, in far crescere gli Alunni ne' Seminarj, con fargli istruire nella Pietà, e nelle Lettere, osservando quanto in tal materia è stato providamente prescritto dal Sacro Concilio di Trento. Non ascrivino alla milizia Clericale se non quelli, che si può conietturare, che elegghino quello stato, non per altro fine, che per servire al Signor' Iddio. Nè agli Ordini Maggiori promuovino, se non soggetti, la bontà, e dottrina de' quali sia stata precedentemente provata, osservandosi gl' interstizzj de' tempi; nella quale gravissima materia delle imposizioni delle mani, tanto più devono invigilare, quanto troppo lagrimevole, e di grandissimo scandolo nella Chiesa d' Iddio sarebbe promuovere a' Sacri Ordini persone senza spirito Ecclesiastico, e indegne, per ignoranza, e per cattiva vita, e vedergli poi ministrare al Sacro Altare. Abbiano a cuore il culto Divino nelle Chiese, procurando la pulizia negli Altari. Nella celebrazione de' Divini Ufizzj nel Coro *invigilino*, che si stia con quella reverenza, rispetto, e divozione, che si deve in lodare la Maestà Divina. Ponghino ogni più esatto studio in far sì, che il Sacrifizio della Messa si celebri con quella reverenza, e decoro, che si può maggiore, procurando, che i Sacerdoti nel Sacro Altare si vegghino in Abito, e Tonsura decenti, con rimuovere gli abusi, che circa le cirimonie, e altro fossero insorti in questo Divino Ministero. A udire le Sacramentali Confessioni non amettino se non quelli, che, precedente una diligentissima perquisizione, saranno trovati, per dottrina, e per costumi, e per altre qualità, essere non indegni di sì gran Ministero. Non trascurino di preeleggere buoni Parochi, che sono i loro Coadiutori nel reggimento dell' Anime, e nelle Collazioni d' altri Benefizj, o siano di residenza, semplici, o di qualsivoglia altra sorte, non si muovino da affetti, o rispetti umani, ma abbiano parimente avanti gli occhi la virtù, i meriti, e altre qualità di quelli, a' quali devono conferirsi. Invigilino, che gl' istessi Parochi non s' allontanino dalle loro residenze, che siano diligenti nell' e-

nell' esercitare la Cura dell' Anime, e che particolarmente non trascurino di cibargli frequentemente col pane della Parola d'Iddio, spiegando a' Fanciulli, e ad altri, che ne averanno di bisogno, i rudimenti della nostra Fede, al qual' affetto doveranno espressamente, sotto gravi, e rigorose pene, ordinare a' Parochi delle loro Diocesi, tutte le Domeniche, e altre Feste di Precetto, insegnino con particolare attenzione la Dottrina Cristiana, tanto necessaria alla salute delle Anime. Siano essi Vescovi diligenti, e acerrimi difensori dell' Immunità Ecclesiastica, procurandone con rimedj giuridici la reintegrazione, ne' casi, ne' quali occorresse, che restasse violata, e crescendo la contumacia de' poco ubbidienti, ne diano parte a Roma, per ricevere le risoluzioni più rigorose. Si facciano da' Vicarj Foranei tenere avvisati di tutto ciò, che occorra ne' luoghi bisognosi di provvedimento. Promuovino con ogni studio la disciplina, e osservanza regolare ne' Monasterj di Monache, rimovendo tutti quegl' impedimenti, che possono rilassarla, massimamente per gl' accessi a' Parlatorj, o alle Chiese medesime, dalle quali si devon tener lontani i concorsi, particolarmente per occasioni di celebrazioni di Feste, le quali si devon fare con apparato grave, e divoto. Ricorda Nostro Signore l' obbligo di rendere alla Santa Sede il dovuto ossequio, con la visita de' Sacri limini, ne' tempi prescritti dalla Bolla della S. M. di Sisto V. con le esibizioni dello stato delle loro Chiese; rendendo in tal maniera al Vicario di Cristo un esatto conto della loro Pastorale amministrazione. E ricorda in fine la Santità Sua il più stretto rendimento, che a Cristo istesso dovrà ciascuno dare delle Anime alla lor cura commesse, acciocchè per mal' esempio, per mal governo, per negligenza, o qualsisia altra cagione non ne perisca alcuna. E mentre jo starò attendendo di sentire, che V. S. abbia participato i predetti avvertimenti a tutti i Vescovi, e Arcivescovi sottoposti a codesta Nunziatura, per doverne poi far relazione a Sua Santità, le prego dal Signore Iddio ogni vera grazia.

Roma 5. Febbrajo 1678.

Di V. S.

Come Fratello Affezionatissimo
Il Card. Gaspero Carpegna.

Literæ Circulares Sanctissimi Domini Nostri D. CLEMENTES XI. *super Exercitiis spiritualibus à Parochis Beneficiatis, aliisque, præsertim ab Ordinandis peragendis.*

PER ILLUSTRIS, ET REVERENDISSIME DOMINE, UTÌ FRATER.

INter gravissimas Pastoralis Officij curas, quibus Sanctissimus Dominus Noster assiduè premitur, in eam præcipuo studio incumbit, ut quicumque in sortem Domini vocati sunt, præsertim verò Sacerdotes, & animarum Rectores, tum Sacrarum Literarum, Divinarumque rerum scientiâ, tum etiam vitæ, morumque honestate, cæteris antecellant, ac in omnibus, juxta monitum Apostoli, præbeant semetipsos exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate. Quum etenim ipsi sint sanctiora Ecclesiæ membra, & Dispensatores mysteriorum Dei, Christiani Populi Duces, & Magistri, Mediatores inter Deum, & Homines, Lucernæ super candelabrum positæ, ut luceant omnibus, qui in Domo sunt; Nihil est, quod alios magis ad pietatem, divinumque cultum accendat, quàm illorum vita, & exemplum. Omnes siquidem in ipsos, tamquam in speculum, *oculos coniiciunt*, ut inde sumere possint, quod imitentur. Porrò cum diuturnâ experientiâ compertum sit ad retinendam, conservandamque Sacerdotalis Ordinis dignitatem, & sanctimoniam maximè conducere, ut Ecclesiastici viri Spiritualibus Exercitiis aliquando vacent, quibus quidquid sordidum de mundano pulvere contractum est, commodè detergitur, Ecclesiasticus spiritus reparatur, mentis acies ad Divinarum rerum contemplationem extollitur, rectè, sanctèque vivendi norma vel instituitur, vel confirmatur. Proinde Sanctitas Sua pro eximio, quo flagrat, omnium salutis zelo, vehementer exoptans, ut pium hoc & saluberrimum Spiritualium opus ubique locorum magnopere frequentetur, ac vigeat, universos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, cæterosque, tum Italiæ, tum etiam Insularum adiacentium Ordinarios enixè admonet, ac in Domino hortatur, ut illud, in suâ quisque Diœcesi, *quo majori poterunt conatu, & studio promovere satagant*. Præcipuè verò iis districtè injungit, ac præcipit, ut, quæ dudum san. mem. Innocentius XI. P. M. per encyclicam Epistolam à Sacrâ Congregatio-

gatione Episcoporum, & Regularium Consultationibus præposita ad universos Italiæ, Insularumque adiacentium Episcopos datam die 9. Octobris 1682. quoad hujusmodi Spiritualia Exercitia à singulis Clericis decem dierum spatio antequam ad Sacros Ordines assumantur, peragenda mandavit, exactè, ac inviolabiliter observari, & exequi curent, & quos iisdem Exercitiis per antedicti temporis spatium minimè operam dedisse cognoverint, à Sacra Ordinatione reppellant penitus, & arceant. Præterea Sanctitas Sua eosdem Ordinarios admonet, & hortatur, ut fructu, qui sane uberrimus ex prædictis Spiritualibus Exercitiis percipitur, opportunè proposito, ac explicato universos ex Clero sibi subiecto, sed præcipuè animarum Rectores, Confessarios, Canonicos, aliosque Beneficiatos Chori servitio adstrictos diligenter excitent ad eadem Exercitia, saltem semel in anno peragenda in Domibus Religiosorum Societatis JESU', seu Presbyterorum Congregationis Missionis, si adsint, sin minus in aliâ Piâ, seu Regulari Domo ab ipsis Ordinariis ad id designanda, & approbanda. Ut autem alacriùs ad ejusmodi Spiritualem secessum singuli conveniant, Sanctitas Sua omnibus præfatis animarum Rectoribus, Confessariis, Canonicis, Beneficiatis, aliisque Sacerdotibus, & Clericis, qui per decem dies singulis annis, eadem Exercitia peregerint in Domibus præfatis, ibique diu, noctuque permanserint, ac interea temporis verè pœnitentes, & confessi Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, quoties id egerint, plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino elargitur. Parochos insuper per idem tempus semel tantum in anno Exercitiis hujusmodi vacantes à residentiâ benignè absolvit; Quod ipsum servari præcipit quoad Canonicos, Beneficiatos, aliosque personali residentia obstrictos, & Chori servitio mancipatos, quos nihilominus lucrari decernit integros fructus, & quotidianas suorum respectivè Canonicatuum, & Beneficiorum distributiones quascumque, perinde ac si Choro, Divinisque Officiis personaliter interessent, dummodo tamen eadem Exercitia peragant, obtentâ prius ab Ordinario licentiâ, à quo nullatenus concedenda erit Adventus, & Quadragesimæ tempore, ac in solemnioribus Festivitatibus, nec unquam omnibus simul Canonicis, aliisque Choro inservientibus, sed eo adhibito modo, ut Chori servitium nequaquam intermittatur, & quoad Parochos, idoneis

Z 2 prius

prius subrogatis Oeconomis ab ipsomet Ordinario approbandis, qui animarum curam laudabiliter administrent. Mandat insuper Sanctitas Sua, ut hæ Literæ publicentur in istâ Diœcesi, & in Cancellariæ regestis pro peremni eorum, quæ in illis continentur, observantiâ describantur, & ad hunc ipsum finem quolibet triennio earum publicatio in posterum renovetur.

Quæ omnia ità diligenter ab Amplitudine Tuæ vigilis providentiæ, ac pastorali solicitudine præstanda fore confidit Sanctissimus Pater, ut à Sanctitate Suâ laudem, à Cœlesti verò bonorum operum Retributore condigna præmia valeat promereri; Et Amplitudini Tuæ copiosa Divinorum Charismatum incrementa ex animo precamur.

Datum Romæ die 1. Februarij 1710.

Amplitudini Tuæ.

Uti Fr. Studiosus
Jo Card. Panciaticus Pref.

Declaratio Sacræ Congregationis Concilii, ad instantiam nonnullorum.

ILLUSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI DOMINI.

PResbyteri, & Clerici Terræ Altimontis Cassanen. Diœcesis, qui, ut plurimùm, ob Loci, Montium, personarum, ac temporum qualitatem, aliqua ex infrascriptis rationibus, necessaria ad suam, & familiæ sustentationem coguntur quærere, ad obviandum vexationibus Commissariorum, petunt, ut declaretur, an liceat eis hæc facere, absque reatu illicitæ negociationis.

I. An liceat eis terras patrimoniales, ac beneficiales per laicos colere.

II. An pro necessario culturæ usu possint emere boves, & alia animalia, & fructus illorum vendere.

III. An ii, qui in propriis terris habent quercus, & castaneas, quarum fructibus sues vescuntur, possint sues emere, eosvè alere, ac pro sua, & familiæ sustentatione vendere.

IV. An iidem Clerici cum foliis suarum arborum possint i pro-

priis

priis ædibus arti fericæ operam dare, vel idem opus alteri ad medietatem committere, ut illis partibus fieri confuevit.

Sacra Congregatio Concilii interpretum Ad primum. *Cenfuit, licere Clericis agros beneficiorum, ac bonorum Patrimonialium fuorum operâ Laicorum colere abfque reatu illicitæ negotiationis.*

Ad fecundum. *Poffe fimiliter Clericos pro hujufmodi culturæ ufu, boves, & animalia emere neceffaria; Illorumque fœtus jufto pretio, atque honeftâ ratione vendere: nec propterea eos probibitæ negociationis prætextu vexari poffe, aut debere.*

Ad tertium. *Ibidem poffe pro fua, & familiæ fuftentatione; dummodò in emendis, alendifvè, feù diftrabendis fuibus, nibil fordidum, aut indecens ordini Clericali exerceant.*

Ad quartum. *Liceræ Clerico arborum in propriis bonis exiftentium foliæ; alicui laico concedere, eo pacto adiecto, ut lucrum, quod ex bombycibus provenerit, inter utrunque dividatur. Et pariter eidem liceræ earumdem arborum foliis per feipfum abfque Officij fui dumtaxat detrimento, ac pro fuâ, & familiæ fuftentatione arti fericæ operam dare: dummodo in artificio bujufmodi perfonas non fufpectas adbibeat; & quoad boc Epifcopi licentiam, quæ gratìs detur, obtineat.*

C. Cardinalis Torres.

AD CAP. XXVI. PRIMÆ SYNODI.

De Clericorum interventu in Choro.

Conftitutio B. Pij V. contrâ habentes beneficium Ecclefiafticum, non recitantes Horas Canonicas.

EX Proximo Lateranenfis Concilio, falubris fanctio emanavit, ut quicunque habens Beneficium Ecclefiafticum cum Curâ, & fine Curâ, fi poft fex Menfes, quum illud obtinuerit, Divinum Officium, legitimo ceffante Impedimento, non dixerit, Beneficiorum fuorum fructus pro ratâ omiffionis Officij, & temporis fuos non faciat, fed eos tamquam injuftè perceptos in fabricas ipforum Beneficiorum, vel Pauperum Elemofynas erogare teneatur. Verumtamen multorum animi fufpenfione tenentur, cujufmodi ratæ prædictæ ratio fit habenda.

§. 1. Nos

§. 1. Nos huic rei evidentiùs, atque expreſsiùs providere volentes ſtatuimus, ut qui horas omnes Canonicas uno, vel pluribus diebus intermiſerit omnes Beneficij, ſeu Beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie dividerentur, qui verò Matutinum tantum dimidiam, qui cæteras omnes horas aliam dimidiam, qui harum ſingulas ſextam partem fructuum ejuſdem diei amittat, tametſi aliquis Choro addictus non recitans, omnibus horis Canonicis cum aliis præſens adſit, fructuſque, & diſtributiones fortè aliter aſſignatas ſolàpræſentià, juxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel alias ſibi lucri feciſſe prætendat, etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem; item ille, qui primis ſex menſibus Officium non dixerit, niſi legitimum Impedimentum ipſum excuſaverit, grave peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacunque alia Beneficia, etiam nullum omninò ſervitium habentia obtinentes, cum prædictis pariter convenire. At quicunque penſionem, aut alias res Eccleſiaſticas, ut Clericus percipit cum modo prædicto, ad dicendum Officium parvum B. M. Virginis decernimus obligatū, & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni abnoxium.

Nulli ergo &c.

Datum &c. die 27. Septembris 1571.
Anno Pontificatus 6.

Admonitiones Sancti Caroli Borromei Archiepiſc. Mediolanen. iis, qui Horis Canonicis in Choro recitandis tenentur.

OMnes in Choro ſtatis Horis aſsiſtite, ad Deum pro Fidelibus pias, religioſaſque fundite præcationes.

Dum eo in loco eſtis, memores eſtote adeſſe Chriſtum Dominum, *cui ſervite cum timore, ac tremore*.

Non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes adeſtote, non mente vagâ, non vagis oculis, non indecenti corporis ſtatu.

Attendite ſtudioſè: ritè, piè, religioſè Divinas laudes concelebrate: *Pſallite Deo in conſpectu Angelorum, cantantes in cordibus veſtris Domino*.

In Choro nemo privatè, nemo tacitè Officium recitet, ſed omnes uno ore: *Laudate nomen Domini:*

A quibuſcumque colloquiis, & à literarum, & librorum lectionibus, atque omni vagatione abſtinete. Pro

Pro temporum ratione ſtate, ſedete, genuflectite, caput aperite, & inclinate, accuratè omnia obſervate, ut veſtro exemplo aliis ritè, & ſanctè orandi animum addatis.

In Pſalmorum, Canticorum, & Hymnorum intelligentiam ſtudiosè incumbite, affectum excitate, non ad Eccleſiam lucro diſtributionis adducti, ſed Dei charitate, Religioniſque cultu commoti Divinis Officiis adeſtote, ut verè, & ex animo Pſalmi verba illa concinatis: *Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.*

Divinis Officiis abſolutis, pauliſper omnes in Choro piè orate, modeſtè, & ordinatim ad Sacriſtiam redite, ibique ſuperpelliceum, ſine ſtrepitu ullo, & ſuſurratione, deponite

Canonicales veſtros Conventus ſtatis hebdomadæ diebus capitulariter habete, omnes, qui debetis, ad illos convenite, inde ne diſcedite, niſi miſſione à Capituli Præfecto impetratâ, ſinguli ordine, & loco ſedete, ſententiam modeſtè dicite, & ſuo quiſque loco, non præpoſterè; à verbis ſcurrilibus abſtinete, in rebus conſultandis rixas, jurgia, & contumelias cavete. In initio, & fine Capituli conſuetas Orationes dicite, priori loco tractanda proponite, quæ ad Divinum cultum, ad ſpiritualis vitæ progreſſum, ad Eccleſiaſticam diſciplinam tuendam ſpectant; & deinde, quæ ad rerum temporalium gubernationem pertinent, non negligite.

Omnia in primis agite pace mutuâ, concordi voluntate, & charitate fraternâ vos invicem diligite, Fratres enim in Chriſto eſtis, uno pacis, & charitatis fœdere conjunctiſſimi.

AD CAP. XXVIII.

De Parochis.

Decretum Sacri Concilij Tridentini quoad Regulares, quibus incumbit Cura Animarum.

IN Monaſteriis ſeu domibus virorum ſeu mulierum, quibus imminet Animarum Cura perſonarum ſæcularium, præterea, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu Locorum familia, perſonæ, tàm Regulares quàm Sæculares, hujuſmodi Curam exercentes, ſubſint immediatè in iis, quæ ad dictam Curam, & Sacramento-

rum

rum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Dioecesi sunt sita. Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amovibiles, deputentur, nisi de ejusdem consensu, ac prævio examine, per eum, aut ejus Vicarium faciendo: excepto Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, & exceptis, etiam iis Monasteriis, seu Locis, in quibus Abbates Generales, aut Capita Ordinum sedem ordinariam principalem habent, atque aliis Monasteriis seu domibus, in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiores jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent: salvo tamen eorum Episcoporum jure, qui majorem in prædicta loca, vel personas jurisdictionem exercent.

Aliud Decretum Sacræ Congregationis Concilii, quoad eosdem Regulares.

Consulvisti Sacram Congregationem Concilii quid esset agendum cum Regularibus, qui Animarum Curam in eorum Parochiis te inconsulto assumunt, ac prò placito relinquunt, ac deferunt, ac residentiæ leges non servant. Circa hoc clara est dispositio Sacrosancti Concilii Tridentini *cap. 11. sess. 25.* de Regularibus, ubi expressè cavetur hujusmodi Regulares curam exercentes, in iis, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, subesse immediatè jurisdictioni visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Dioecesi existunt; nec quemquam, etiam ad nutum amovibilem ad Curam deputari posse, nisi de ejusdem Ordinarii consensu, ac prævio examine per eumdem faciendo. Tuæ igitur partes erunt curare, ut Sacrosancti Concilii Decreta observentur, tibique facultas est contra transgressores procedendi per opportuna juris remedia: imò etiam per carcerationem, etiam cum facultatibus Sacræ Congregationis, Eminentissimi Patres procedendi facultatem concedunt. Ex his intellige quid sit agendum: prænarratum abusum eliminabis, teque Dominus diù servet incolumem.

Romæ 18. Junij 1678.

J. Card. Columna Præf.

S. Archiep. Brancaccius Episc. Viterbien. Secret.

AD CAP. XXIX. PRIMÆ SYNODI.

De Refidentiâ Parochorum.

Literæ Circulares de Mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri D. Clementis XI. ad omnes, Archiepiſcopos, & Epiſcopos tranſmiſſæ, ſuper reſidentiâ illorum, qui ad eam tenentur.

PER ILLUSTRIS, ET REVERENDISSIME DOMINE, UTÌ FRATER.

PAſtoralis Officii debito ſalubriter exequendo aſsiduè intentus Sanctiſſimus Dominus Noſter in eam præ cæteris ſingulari ſtudio incumbit ſolicitudinem, ut omnes Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum Dignitates, Canonici, Beneficiati, Portionarii, aliique earum obſequiis mancipati, præcipuè verò Eccleſiarum Parochialium Rectores, & quicumque alii animarum curæ præpoſiti, juxta Sacrorum Canonum, & Sacri Tridentini Concilii decreta, atque Apoſtolicarum Conſtitutionum præſcriptum, perſonalis reſidentiæ munus, quo obſtricti ſunt, agnoſcant, illudque bonâ fide, & quâ par eſt, ſedulitate, ac diligentiâ præſtent. Quum autem Sanctitati Suæ non abſque gravi animi ſui mœrore dudum innotuerit, nonnullos præfatarum Eccleſiarum ſervitio, vel animarum regimini addictos, proprii oblitos officii, huc illuc per menſes, & annos divagari ſine ullâ ſuorum Prælatorum licentiâ, vel etiam cum eâ, ſed ultra tempus permiſſum, ac præter cauſas legitimas ab eiſdem Sacris Canonibus, & Sacro Tridentino Concilio approbatas, & abſque Apoſtolicis Indultis, quæ ab hâc Sacrâ Congregatione Eminentiſſimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ejuſdem Concilii Interpretum juſtam diſcedendi cauſam habentibus concedi ſolent; unde non raro fit, ut Divina Officia, & Eccleſiaſtica munia, quæ ab integro Miniſtrorum numero expleri debent, maximè negligantur, & animarum Cura proprio Paſtore deſtituta graviſſimum patiatur detrimentum, nec ſit qui Parvulis petentibus Evangelicum panem frangat; Volens propterea Sanctitas Sua pro eximio, quo pollet, zelo, maximum hunc abuſum e medio tollere, ſimulque opportunè proſpicere, ut ſinguli Eccleſiarum Miniſtri deinceps iis debita fideliter exhi-

beant obsequia, & Parochialium in primis Ecclesiarum Rectores, pascendis ovibus sibi commissis assiduè, ac diligenter vacent; Sicuti eâ de re saluberrima in Urbe mandata nuper edidit pro iis, qui residere obstricti, inibi commorantur; ita etiam jubet, ac præcipit universis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac cæteris Locorum Ordinariis quibuscumque, ut propriam quisque Pastoralem solicitudinem excitantes, prælaudata Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini Decreta adversùs prædictarum Ecclesiarum Canonicos, omnesque, & singulos Beneficiatos de jure, vel consuetudine residere obligatos, nec non adversùs Parochos, & quoscumque alios animarum Curam exercentes respectivè edita seriò observent, ac observari faciant, eos opportunis remediis ad personalem residentiam compellendo, ut onera unicuique eorum pro divino cultu, & Ecclesiarum, animarumque servitio incumbentia sustinere commodè possint. Porrò in hunc ipsum finem eosdem Locorum Ordinarios hortatur, ac admonet, ut hujusmodi Parochos, Canonicos, aliosque Beneficiatos, ut supra, residere detrectantes, pœnis a Sacris Canonibus, & Sacro Concilio Tridentino statutis, subtractionis scilicet fructuum, & crescente contumaciâ, privationis etiam Canonicatuum, ac Beneficiorum, quibus potiuntur, mulctare, & coërcere non omittant, ac in eos ulteriùs procedant juxtà formam *Decretalis Innocentii III.* relatæ *in cap. Ex tuæ de Cleric. non Residen.* implorato etiam ad id, ubi opus fuerit, auxilio, & ope Ordinariorum, in quorum Diœcesibus prædicti refractarii commorantur. Ut autem hæc omnia suum exactiùs sortiantur effectum, Sanctitas Sua iisdem Locorum Ordinariis injungit, ut quos ex Parochis, Dignitatibus, Canonicis, & Beneficiatis ejusmodi in præsens, vel etiam in posterum quandocumque a propriâ Residentiâ abesse compererint ultra tempus permissum, & absque debitis Apostolicis Indultis, eorumdem contumacium nomina, & Beneficia residentialia, quæ obtinent, ac insuper Diœceses, & Loca, in quibus ipsi moram trahunt, huic Sacræ Congregationi per suas Literas incunctanter denuntient, & quoad contumaces in Urbe degentes idipsum, tam eidem Sacræ Congregationi, quàm Eminentissimo ejusdem Urbis Vicario significent. Mandat denique Sanctitas Sua, ut præsentes Literæ, ne ullo unquam temporis decursu obsolescant, aut in desuetudinem abeant, in istius Cancellariæ regestis describantur.

Quum-

Quumque in his exequendis, provida in primis Sacrorum Antistitum solertia versari debeat, confidit Sanctissimus Pater præmissa omnia ab Amplitudinis Tuæ pervigili zelo, enixoque studio ita præstanda fore, ut nedum Pastoralis officii sui debito cumulatè satisfaciat, verùm etiam nihil desuper Sanctitati Suæ desiderandum relinquat; Et Amplitudini Tuæ à Summo bonorum omnium Largitore fausta omnia precamur.

Datum Romæ die 15. Martij 1710.

Amplitudini Tuæ.

Uti Fr. Studiosus
Jo Card. Panciaticus Præf.

Decreta Sacræ Congregationis Concilii super eâdem Residentiâ.

In unâ Fulginaten. 10. *Maij* 1710. *Propositis sequentibus dubiis.*

I. AN Rectores Parochialium distantium per duo, tria, aut quatuor milliaria circiter a Civitate, possint sine Episcopi licentiâ a suis Ecclesiis Parochialibus, relicto ibidem substituto ab eis deputato, in Civitate, tam diurno, quàm nocturno tempore jugiter commorari, exceptis solis diebus festis, in quibus ad dictas Ecclesias se conferunt, recurrentes illico ad Civitatem.

II. An Parochi, qui nocturno cœteroquin tempore resident apud suas Ecclesias, possint, celebratâ summo mane in suis Ecclesiis Missâ, se conferre ad Civitatem, & ibi diurno tempore totius, vel majoris partis anni commorari, licèt apud dictas Ecclesias adsint eorum Substituti.

III. An dicti Parochi, qui cœteroquin diurno tempore resident apud suas Ecclesias, possint nocturno tempore totâ, vel majori parte anni commorari in Civitate, licèt in dictis Eccesiis adsint eorum substituti.

Sacra Congregatio ad omnia respondit Negativè:

Similiter in *Bobien.* 16. Martij 1630. *declaravit Episcopum posse cogere Parochum Regularem, ut apud Ecclesiam Parochialem unà cum socio resideat.*

Item in *Callien. Residentiæ* ſub die 28. Septembris 1680. & 28. Novembris 1699. quum Parochus prætextu rigiditatis aëris, & conſuetudinis non reſidendi excuſare a reſidentiâ ſe vellet, omnium votis reſcripſit, *quod Epiſcopus cogeret, & Parochus ampliùs non audiretur.*

AD CAP. XXXII. PRIMÆ SYNODI.

De Sodalitatibus Laycorum.

Decreta Congregationis Sacrorum Rituum circa Parochialia, Functiones, & Præeminentias inter Parochos, & Confraternitates Laycorum, earumque Capellanos, & Officiales.

AD debitum imponendum finem controverſiis, quæ inter Parochos, & Confraternitates Sæculares, earumque Capellanos, & Officiales ſuper Juribus Parochialibus, & functionibus Eccleſiaſticis, nonnulliſque Præeminentiis, ſeu Prærogativis frequenter exoriri ſolent, in Sacrorum Rituum Congregatione ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinale Colloredo propoſitis infraſcriptis Dubiis, videlicet:

I. An Confraternitates Laycorum legitimè erectæ in Eccleſiis Parochialibus habeant dependentiam a Parocho in explendis functionibus Eccleſiaſticis non Parochialibus *Reſpondetur Affirmativè.*

II. An dictæ Confraternitates, erectæ in Capellis, vel Oratoriis, tum publicis, tum privatis, annexis Parochialibus Eccleſiis, & ab eis dependentibus habeant dictam dependentiam a Parocho, quoad dictas functiones *Reſpondetur Affirmativè.*

III. An Confraternitates erectæ in aliis Eccleſiis publicis habeant quoad eaſdem functiones aliquam dependentiam a Parocho, intra cujus Parochiæ limites ſitæ ſunt Eccleſiæ *Reſpondetur Negativè.*

IV. An Confraternitates erectæ in Oratoriis tum publicis, tum privatis, ſejunctis ab Eccleſiis Parochialibus, quoad dictas functiones Eccleſiaſticas habeant dictam dependentiam a Parocho *Reſpondetur Negativè.*

V. An benedictiones, & diſtributiones Candelarum, Cinerum, & Palmarum, ſint de juribus merè Parochialibus *Reſpondetur Negativè.*

VI. An benedictiones Mulierum poſt partum, Fontis Baptiſmalis,

malis, Ignis, Seminis, Ovorum, & similium, sint de juribus merè Parochialibus *Respondetur Negativè; sed benedictiones Mulierum, & Fontis Baptismalis fieri debere a Parochis.*

VII. An functiones omnes Hebdomadæ Sanctæ sint de juribus merè Parochialibus *Respondetur Negativè, prout jacet.*

VIII. An celebratio Missæ solemnis feriâ quintâ in Cœnâ Domini sit de dictis juribus Parochialibus *Respondetur Ngeativè, prout jacet; sed spectare ad Parochos.*

IX. An prima pulsatio Campanarum in Sabbatho Sancto sit de dictis juribus Parochialibus *Respondetur Negativè prout jacet; sed spectare ad Ecclesiam digniorem, ad formam Constitutionis Leonis X. la* 22. §. 14.

X. An celebratio Missarum solemnium per annum, sive pro vivis, sive pro defunctis, sit de dictis juribus Parochialibus *Respondetur Negativè prout jacet; sed licere Confratribus dumtaxat in festivitatibus solemnioribus ejusdem Ecclesiæ, vel Oratorii, ut in Brundusinâ sub die* 1. *Junij* 1601.

XI. An expositio Quadraginta Horarum, & benedictio, quæ fit super Populo, sit de dictis juribus merè Parochialibus *Respondetur Negativè.*

XII. An expositio, quæ fit cum Reliquiis, vel Sacris Imaginibus, & benedictio, quæ cum eis fit super Populo, sit de dictis juribus Parochialibus *Respondetur Negativè, & quoad benedictiones cum Reliquiis, & Imaginibus, serventur Decreta.*

XIII. An functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet a dubio quinto ad duodecimum, expressæ, peragi possint in Oratoriis privatis, contradicente Parocho *Respondetur Satis provisum in superioribus.*

XIV. An in dictis Oratoriis privatis Confraternitatum per Confratres statis horis recitari possint Horæ Canonicæ, cum cantu, vel sine, absque aliâ licentiâ Parochi *Respondetur Affirmativè; nisi aliter Ordinarius statuat ex rationabili causâ.*

XV. An in dictis Oratoriis privatis sit licita celebratio Missæ privatæ, assentiente Ordinario Loci, & contradicente Parocho *Respondetur Affirmativè.*

XVI. An Capellani Confraternitatum possint denunciare Festivitates, & Vigilias occurrentes in hebdomadâ absque licentiâ Parochi *Respondetur Affirmativè.*

XVII. An

XVII. An Parochus, invitis Confratribus, docere possit Doctrinam Christianam in prædictis Ecclesiis, & Oratoriis publicis, vel privatis, a Parochiali divisis, & separatis *Respondetur Negativè*.

XVIII. An in sæpedictis Ecclesiis publicis Confraternitatum possint haberi publicæ Conciones, etiam per totum cursum Quadragesimæ, vel Adventus, cum licentiâ Ordinarii, & absque licentiâ Parochi *Respondetur Affirmativè*.

XIX. An in eisdem Ecclesiis possit celebrari Missa, sive lecta, sive cantata, ante Missam Parochialem, sive lectam, sive cantatam *Respondetur Negativè; nisi aliter Episcopus disponat*.

XX. An ad Parochum spectet facere Officium funebre super Cadaveribus sepeliendis in sæpedictis Ecclesiis, & Oratoriis publicis Confraternitatum *Respondetur Affirmativè. quando tumulandus est subjectus Parocho, intra cujus fines est Ecclesia, vel Oratorium*.

XXI. An intra ambitum earundem Ecclesiarum fieri possint Processiones juxta cujusque Confraternitatis Institutum, asque interventu, vel licentiâ Parochi *Respondetur Affirmativè*.

XXII. An eædem Processiones fieri possint extra ambitum dictarum Ecclesiarum, absque licentiâ illorum Parochorum, per quorum territorium transuendum est *Respondetur Negativè; nisi adesset licentia Episcopi*.

XXIII. An in dictis Processionibus Capellani Confraternitatum possint deferre stolam *Respondetur Negativè, extra propriam Ecclesiam*.

XXIV. An Episcopo accedenti ad Ecclesias publicas Confraternitatum, quæ non sint Regularium, neque proprium Rectorem Beneficiatum habeant, porrigendum sit aspersorium a Parocho, in cujus territorio sunt sitæ dictæ Ecclesiæ *Respondetur Negativè*.

XXV. An earumdem Ecclesiarum, & Confraternitatum Rectores, & Capellanos possit Parochus, cessante alio speciali, ac legitimo titulo, & ex solo Jure Parochialitatis, compellere invitos ad assistendum functionibus Ecclesiæ Parochialis *Respondetur Negativè*.

XXVI. An in sæpedictis Ecclesiis Confraternitatum, neque Parochialibus, neque Regularibus, retineri possit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, sine speciali indulto Sedis Apostolicæ *Respondetur Negativè*.

XXVII. Præsupposità facultate retinendi, an possint infra annum publi-

publicè exponi, sine licentiâ Ordinarij *Respondetur Negativè*.

XXVIII. An possit Parochus se ingerere in administratione oblationum, vel eleemosynarum in sæpedictis Ecclesiis recollectarum, vel capsulæ pro illis recipiendis expositæ clavem retinere *Respondetur Negativè*.

XXIX. An in Ecclesiâ Parochiali Confratres, vel eorum Capellani immiscere se valeant, invito Parocho, in ejusdem Ecclesiæ functionibus, sive Parochialibus, sive non Parochialibus *Respondetur Negativè*.

XXX. An Confraternitates, sive sint erectæ in Ecclesia Parochiali, sive extra illam, possint pro libito, & juxta unjuscujusque peculiaria Statuta, Congregationes suas facere, absque interventu, vel licentiâ Parochi *Respondetur Affirmativè, dummodo non impediant Functiones, & Divina Officia*.

XXXI. An possint propria bona administrare, ac de illis disponere, absque ullâ dependentiâ a Parocho *Respondetur Affirmativè*.

XXXII Quando Parochus eisdem Congregationibus intersit de mandato Ordinarii, & tamquam ejus delegatus, an possit suffragium decisivum ferre, & quatenus affirmativè *Respondetur Negativè*.

XXXIII. An etiam suffragium duplex *Respondetur Negativè*.

Et ità salvis tamen conventionibus, & pactis in erectione Confraternitatum forsan factis, concordiis inter Partes initis, & a Sanctâ Sede approbatis, Indultis, Constitutionibus Synodalibus, ac Provincialibus, & consuetudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis, declaravit, ac decrevit, si Sanctissimo Domino Nostro videbitur. Die decimâ Decembris 1703.

Et factâ deinde per me Secretarium de prædictis Decretis Sanctissimo Domino Nostro relatione, prævià eorumdem integrâ lecturâ, Sanctitas Sua laudavit, benignèque, approbavit, & publicari, & non obstantibus quibuscumque aliis in contrarium facientibus, servari mandavit. Die 12. *Mensis Januarij* 1704.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

B. Ingbirami Sacr. Rit. Congreg. Secret.

Decre-

Decretum Sacræ Congregationis Concilii super Visitationem, & Computorum revisionem Confraternitatum, quæ reperiuntur in Ecclesiis Regularium erectæ.

QUæsitum fuit in *Mediolanen.* an Regulares teneantur præstare patientiam, ut Eminentissimus Archiepiscopus, Confraternitates, Capellas, seu Loca earumdem in suis Ecclesiis erectas visitans, possit in ipsis Capellis, seu Locis revidere computa administrationis bonorum earumdem Confraternitatum.

Sacra Congregatio Concilii die 13. *Novembris* 1688. *Respondit Affirmativè.*

Alia similia Decr. videas in p. 2. *addit. Primæ Synodi ad idem cap.* 32.

Decreta Sacræ Rituum Congregationis, quibus declaratur Confraternitati Sanctissimi Sacramenti deberi præcedentiam inter alias Confraternitates in Processionibus Solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi, & in aliis, in quibus defertur Sanctissimum Sacramentum.

IN *Laudesi Præcedentiæ Anno* 1638. Sacra Rituum Congregatio declaravit Confraternitati Sanctissimi Sacramenti, Loci *S. Angeli*, competere præcedentiam, adversùs Confratres S. Marthæ ejusdem loci in Processione Corporis Christi, dummodo tamen ipsa Confraternitas Sanctissimi Sacramenti intercedens in aliis Processionibus cederet præcedentiam ipsius Confratribus S. Marthæ, tamquam antiquiori *penes Pignatt.* 196. *num.* 4. 5. *tom.* 4.

Item in *Mediolanensi*, *die* 19. *Junij* 1655. Sacra Rituum Congregatio in causâ controversiæ præcedentiarum in Processionibus Sanctissimi Sacramenti inter Societatem Sanctissmi Sacramenti, loci *Legnanelli*, & Societatem Sancti Ambrosii censuit, competere præcedentiam Societati Sanctissimi Sacramenti supra Confraternitatem Sancti Ambrosii in omnibus Processionibus, in quibus defertur Sanctissimum Sacramentum.

Item in *Vercellen. die* 18. *Junij* 1795. & in *Cremonen.. die* 3. *Augusti* 1697. declaravit, deberi Confraternitati Sanctissimi Sacramenti præcedentiam supra omnes Confraternitates in illis Processionibus, in quibus defertur Sanctissimum Sacramentum.

AD

AD CAP. XXXIII.

De Monialibus.

Lettera della Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regolari, nella quale s' ordina, che il finestrino, al quale le Monache si comunicano, ed il luogo, dove si confessano, non servano ad altro uso, che a quello, per cui son destinati di confessarsi, e comunicarsi.

MOLT' ILLUSTRE, E MOLTO REVERENDO SIGNORE.

NOn tralascia la mente indefessa di Nostro Signore, quantunque agitata per ogni parte dalle calamità de' tempi correnti, di rimaner fissa nella continua Pastoral sollecitudine a procurare con ogni maggiore studio possibile la salute dell' anime, con isvellere fino dalle radici le minime occasioni, valevoli a farle perdere, o illaqueare ne' peccati. Prevedendo per tanto la Santità Sua gl' inconvenienti, che possono accadere nell' abuso de' Confessionarj, e finestrini della Comunione nelle Chiese di Monache, de' quali alcune se ne servono per Parlatorj, senza riflettere, che quelli sono Tribunali di Penitenza, e luoghi Sacri, da venerarsi, e non profanarsi, o deturparsi con cicalecci, vani discorsi, e forse anche peccaminosi, ha ordinato espressamente d' ingiungersi agl' Arcivescovi, Vescovi, ed altri Ordinarj, che sotto gravi pene proibiscano a tutte le Monache de' Monasterj delle loro Diocesi, che in avvenire non si servano de' Confessionarj, o altri luoghi assegnati per udire le Confessioni Sagramentali, che per confessarsi de' loro peccati, e che non se ne vagliano altramente per Parlatorj. Ed in oltre, che le chiavi de finestrini, per i quali le Monache ricevono il Santissimo Sagramento dell' Eucaristia, si tengano sempre appresso le Abbadesse, e Superiori delle Religiose medesime, e che non s' aprano, che all' occasioni, nelle quali le Monache stesse devono comunicarsi, riportandosi immediatamente, e senza intervallo di tempo nelle mani delle sopraddette Superiori. Dovrà per tanto V. S. scrivere una Lettera circolare a tutti gl' Arcivescovi, ed altri Ordinarj soggetti a codesta Nunziatura acciò diano

pronta esecuzione al supremo comando di Sua Beatitudine, ed il Signore Iddio la prosperi.
Roma 30. Ottobre 1706.

Al Piacer di V. S.
G. Card. di Carpeg.

Signor Bacci Internunzio Firenze.

F. Arcivescovo di Nicea Segretario.

Lettera circolare alli Monsignori, Patriarchi, Arcivescovi, Vescovi, ed altri Ordinarj dell' Italia, ed Isole adiacenti, ed anche alli Generali delle Religioni presidenti alle Monache.

Dichiarazione sopra la Lettera circolare spedita dalla Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regolari sotto li 28. Luglio 1708. intorno alle spese degli Uffizj, che si esercitano dalle Monache.

PER provvedere alla Religiosa quiete delle Monache, e liberarle da' rimorsi, e scrupoli, come da ogni sollecitudine di privato interesse temporale, ordinò gia la Santità di Nostro Signore con Editto, o sia Lettera circolare in data delli 28. del passato Mese di Luglio, che tutte le spese degli Uffizj si facessero con le rendite de' Monasterj. Ora affine di sodisfare alle istanze di alcuni Monasterj, che hanno in cio ricercata qualche piu chiara spiegazione, la Santità Sua col parere d'una Congregazione spezialmente deputata, ha comandato, e comanda, che in virtù delli Decreti Apostolici, fatti per l' osservanza del Voto della santa povertà, i Livelli, o Vitalizj si consegnino, o confondano nella Cassa comune a disposizione della Superiora, la quale somministri alle Monache quanto occorre per le loro necessità religiose, ed il rimanente converta in benefizio del Monastero, per sovvenirlo, & abilitarlo a supplire alle spese necessarie, per gli Uffizj, ed altro; restando però sempre nel suo vigore la disposizione, e penalità del prefato Editto, o sia Lettera circolare. S' ingiunge per tanto efficacemente a V. S. di proccurare, che si metta in pratica cio, che sopra si è detto, nel che sommamente preme il santo zelo di Nostro

Nostro Signore, che desidera l'ubbidienza dovuta ad un' ordine sì necessario, non meno per il profitto spirituale, che per la quiete temporale dell' animo di tutte le Religiose. Glie lo significo, ed il Signore Iddio la prosperi. Roma 26. Gennaro 1709.

G. Card. di Carpegna Prefetto.

Ferdinando Arcivescovo di Nicea Sagretario.

Decreta Sacræ Congregationis circa Monialium Regularibus subiectarum Confessarios.

SAcra Congregatio Concilii in *Cadurcen.* 12. *Julij* 1658. Propositis ad instantiam Monialium Sanctæ Claræ dubiis.

I. *An habere possint Confessarium Extraordinarium ab Episcopo Diœcesano, non obstante contradictione Superiorum Regularium, quibus eædem Moniales subiiciuntur.*

